b Paris. ¶ Iudicis delegati. Istud p̄cedit etiam in delegato principis, licet Ang. reuerit contrarium. uide Ale. in ru. ff. de of. eius, cui mandata est iur. & quæ scripti in l. si exp̄sim. de ap. ad bar.
c Paris. ¶ Ad primū opp. Adde ad hoc, qd iudex delegatus nō possit amplius iudicare, nec suā sniam dicere nullā: sed nec qd alius ordinarius admitti p̄t sup illa cā qn̄ princeps delegauit, sed hñe dēt recursum ad principē, ut alii deleget fm bal. hic in uer. q̄ro Papa, uide q̄ scripti in berra. in uer. delegatus a principe. ad fi. ubi uide quæ scripti de appell. ubi habes limitationem ad hoc, & alia in ista materia. ¶ Ad primū opp. Idē bar. arguit ex isto tex. in l. qd iussit. ff. de re iud. Sol. ut ibi.
d Alex. ¶ Quod sententia. Vide bar. in l. si exp̄sim. ff. de app.
e Ale. ¶ Extinguit. Hoc limita esse uerū, nisi delegatus sit ad uniuersitatē carū fm Ang. in l. iudex postq. ff. de re iud. & d. Ant. & Imo. i. c. quat. extra. de accu. & idē bal. hic licet Imo. uideat tenere p̄riū in d. l. si iudex, & ibi uide ad hęc materiam.
f Ale. ¶ Fūctus. Ex hac rātionē collige, q̄ snia lata a delegato q̄ tūcūq; nulla, finit offiū iudicis delegati, nisi tulerint eā p̄ formā mādati delegatarij, tūc nō dī functus offō suo. Ita uoluit Old. & Ia. de Are. fm Ang. i. l. iudex. ff. de re iud. & ibi hoc ēt tenuit Imo. & idē tenet Sal. hoc idē uoluit Ia. but. Cy. & Sal. i. l. si accusatoribus. j. de accu. & Cy. & Ia. but. & bal. & Ang. hic, & bal. in l. arbiter. ff. de arbi. & Imo. in l. si exp̄sim. ff. de app. Pau. de Cast. in l. cū quærebatur. ff. de re iud. licet Io. Cal. in e. qualiter. extra. de accu. & Pe. de Anc. in cle. j. extra. de re iud. & Imo. in c. literis. de of. dele. p̄rium tenent, & minus bene. Adde an per sententiā nullam delegatus sit functus officio suo, bal. consi. 305. lib. 6.
g Ale. ¶ Ordinarius. Sed in eo casu, quo ordinarius male iudicauit: puta: absoluen do, poterit iterū iudicare, qdē nādo. tex. est qd sic fm bal. ibi in l. j. de sen. q̄ sine ger. quan. & de materia ista p̄ doc. in c. j. de re iud. & ibi p̄ ab. p̄ bal. in addi. Spe. in ti. de sen. pla. p̄ Imo. hic in c. in literis. de of. dele. Sed utrum si delegatus nulliter iudicat interim possit sibi committere, gl. & ibi bal. in l. j. titu. j. tenet q̄ non, Vnde no. Ang. & Imo. in d. l. si exp̄sim. de app.

lo ire ad superiorē, ut pronuntietur snia nulla, tūc possem. Ita loquitur quod s. dixi. Sed si uellem, quod pronuntietur snia nulla, & iterum iudicetur, debeo facere corā eodem iudice, ut d. l. si p̄ses, cū si. Quæ uerba quæque mihi placuerunt: mō cū diligenter inspexerim, non v̄t mihi forte uerū, & puto, quod indistinctē possit adiri superior, ut pronuntiet sniam nullam, & iterum iudicet. Hoc probat a tex. in l. j. §. j. ff. quæ sen. sine appel. re. Ex quo habes. a quod sicut cā
 4 appellationis deuoluit totam cām ad iudicem superiorē, ita quod poterit primam sniam reformare etiam ex cā noua ut l. j. in prin. ff. de appel. & ff. quod cum eo. l. si. j. de temp. appel. l. per hāc. ita etiam causa nullitatis deuoluet totā cām ad iudicem superiorē, ut possit sniam reformare. q̄ sentit Inn. in c. cū p̄tingat. extra. de of. dele. q̄
 5 no. & tene menti, q̄ a nunq̄ audiuit a me tale uerbū. † Quæro utrū
 b iudex, cui de nouo cā cōmittitur, debeat iudicare ex eisdē actis. b Gl. dicit hic q̄ sic, ut l. si expressim. de app. Contrarium no. in l. cū q̄re batur. de re iud. ueritas est ista. Q̄q; defectus, ex quo snia est nulla respicit uniformiter acta, sicut sniam, v. g. Si litigatum est. cum minore non habente curatorē, certē, tunc oīa acta debent reintegrari. ita potest intelligi. d. l. cum quærebatur. cum sua gl. q̄que causa nullitatis respicit solum sniam, ut hic, quia die feriata fuit snia lata, tunc iudicabitur ex eisdē actis, ut hac glo. q̄ no. in l. si expressim. Q̄que est talis defectus qui respicit sniam, & partem actorum, v. g. Decessit reus post lit. p̄te. & processum est p̄ mortuum usque ad sniam, certē snia est nulla, & oīa acta a die, qua mortuus est, ut l. pe. & si. ff. quæ sen. sine appel. re. Et ideo acta quæ sunt nulla, debent rescribi, seu recēseri. Ita pōt intelligi d. l. cum quærebatur. quærit als, utrum acta facta in uno iudicio, pbent in alio: dicemus in l. is apud. 3. de eden. † Quæro, utrum antequam sententietur super cā principali, secundo debeat pronuntiarī prima snia nulla, uel saltem de nullitate cognosci? v̄t, q̄ non, ut s. e. l. ij. & j. ti. ij. l. fin. in 3. rium v̄t. d. l. cum quærebatur. de re iud. hic aduerte. † Q̄que nullitas sniæ apparet manifestē, nullo probato extrinsecus. Exemplum quia lata die dñico, ut hic, uel quia lata p̄sente procuratore, & p̄demnatus est dñs: ut j. ti. ij. l. j. uel quia in snia non apparet quora, uel quantitas, & tunc iudex poterit de nouo iudicare, sine alia cognitione, quia notum est tibi ex dicta snia, ut dictis legibus. † Q̄ue nullitas sniæ nō apparet ex ipsa, nisi probetur extrinsecus, ut si esset lata p̄ minorē, uel mortuum, quod non apparet ex snia lata, uel si p̄ infirmum, aut laborantem morbo fontico, ut l. quæsitū. de re iud. tunc debet p̄cedere cognitio de nullitate, antequam sententietur. Iterum probō, primo, per tex. in d. l. cum quærebatur. de iudi. Secundo probō per rōnem. Iudici debet liquere de cā, antequam proferat sniam, vt ti. j. l. ij. Si quis hoc excipiat, non liquet sibi, ergo ista cognitio de necessitate debet p̄cedere. Pro hoc etiam. j. e. l. si p̄ses. & quod ibi uidebitis. Dixi, q̄ debet p̄cedere cognitio, sed an debeat p̄cedere re snia super nullitate? R̄ndeo, modus p̄cedendi potest esse duplex. Primo, q̄ petat sententiam principaliter pronuntiarī nullam esse, tunc super hoc debet primo pronuntiarī esse, uel non, ut l. de qua re. ff. de iudic. Si t̄erō hoc non peto principaliter, sed peto principaliter sententiā ferri de nouo, quia prima fuit nulla: tunc cognoscitur incidenter, & super hoc incidenti, non est necesse, q̄ pronuntietur nulla. ut l. j. §. de ordine cognitio. De materia nullitatis, dicā plenē in l. j. j. quando prouo. non est necesse.

ADDITIONES.

- a Barb. † Ex quo habes. Adde Bar. in l. si expressim. ff. de appel. & confi. 26.
- Ale. † Ex quo habes. In cā nullitatis, et tota cā deuoluit ad superiorē: scus in cā apponit, & dicit hic Bar. q̄ nullus alibi dicit unū uerbū i. d. l. si expressim circa si. & in l. i. circa si. q̄ p̄no. nō est neces. & uide no. Ant. i. c. dilecti. de app. & ibi sequit hic Abb. in c. cū Io. eremita in fi. de fide instr. & limita p. Pe. de Anc. & Imo. in c. cum dilecti. de emp. & ued. in prin. Hoc dictū etiā reasumit Imol. in l. iudex postquam. de re iud. & hanc limitationem, quam ponit Imo. in d. c. cū dilecti. sen. fit etiam Bal. in l. ij. in 14 q. s. de rescin. uen. uide Mod. in d. l. iudex postquam.
- b Ale. † Iudica. e ex eisdem actis. Vide Bal. in d. Ledita. in 6. & 7. q. qui sequit hęc dicta Pe. de Anc. in cle. i. de re iud. & adde Spe. in ti. de sen. §. iuxta uer. si causa, & uide Bald. in l. j. §. de sen. ex peri. r̄ci. ibi quid si perempta erat instantia. Et uide: quæ no. in l. si expressim. ff. de app.
- c Ale. † De re iudi. Per Bar. & Spe. & Io. And. in tit. de sen. §. iuxta uer. sed si causa. Doc. post gl. in e. ad probandum. extra. de iud. d. Ant. & Imo. in ca. in literis. de of. dele. quod ibi omnino uide ad limitationem dictorum hic per Bar. & uide in l. iudex postquam. ff. de re iudi.
- d Ale. † Causa p̄ncipali. Vide Bar. in l. cum quærebatur. ff. de re iud. & Ia. But. in l. si accusatoribus. j. de accu. & Bal. in l. si p̄ses. j. eo. & Bal. in l. i. de sen. ex peri. r̄ci. & Bal. in l. si aduersus. §. si aduersus rem iudicatam.

LEX V.

1 An in citatione debeat inferi locus.
 Si ut proponis. Mutatio loci, excusat quæ a cōtumacia, obreptionem, quæro cui fit obreptio. Dū sunt opinionēs. Vna, q̄ obreptio fit iudici: fm istam posui casum, & ista est uera. Alia, q̄ obreptio fuerit facta parti, quia actor iuit ad res, & dixit, & c. & p̄ mendacium pars inde iuit ad locum, unde sententiā est nulla. Alleg. gl. l. arbiter. in fi. de arb. Et ista secūda lect. non placet, quia mendacium dictum a parte parti, non facit processum nullum, licet pariat

exceptionē, ut l. j. §. si reus. ff. de eo per quem facti erit. Sed mēdaciū dictum a parte iudici facit nullū processum contumacis. Hic est casus, quod no. in l. si p̄tor. §. Marcellus. ff. de iud. Non ob. l. arbi ter in fi. de arbi. quia ibi loquitur in arbitro, quod totū a partis uolū tate depēdet: scus in iudicio, arg. p̄ hoc in l. j. §. si. ff. de p̄cto. stipu. & ibi dixi. † Quæro, an in citatione debeat inferi locus. b R̄n. b quidam est iudex ordinarius, qui habet locum maiorum deputatū ad reddendum ius, tunc, non debet inferi locus, sed de illo inteltr, ut l. pen. de iustitia, & iure. Quidam sunt iudices, qui nō hnt locum maiorum, quales sunt iudices delegati: tunc si quidem ab initio deputatus est locus in citatione, nō debet inferi locus, quia de illo inteltr. Casus est hic, & ideo practica est, ut q̄ tibi delegatur q̄, uel assumeris arbiter, primo debes assumere locū, & deputare locū de terminatum, & tunc oēs citationes intelliguntur relatæ ad illū locum. Ita inteltr. tex. hic. Si uero locus nō esset deputatus, & tūc aut loqueris de loco uniuersali ciuitatis, & ille nō debet inferi, quia ibi intelligitur, ubi cōpromissum est factum, uel in quem facta est delegatio, ut l. si cum dies. §. si arbi. ff. de arb. locus uero particularis ci uiratis debet inferi. arg. l. ita stipulatus. in prin. ff. de uerb. obli.

ADDITIONES.

- a Ale. † Si ut proponis. Vide ad materiam huius legis, & intellectum Raph. in l. iudex postquam. de re iudi. & ibi do. Ang.
- b Ale. † Inferi locus. Et adde quod no. Bar. in l. j. de sen. ex peri. r̄ci. & hic adde gl. pen. iuncto tex. & no. extra. de rescri. Bal. & Ang. in l. ut perfectius. §. de ana. exce. Sed quid de iudicibus, qui non hnt determinatum locum, sed ubi inueniunt malefactorem, suspendunt. Dicit Inn. quod si per principem est eis determinatus locus, non possunt eum mutare, subde, nisi de partium uoluntate. Vide Inn. in c. cum p̄tingat. de fo. compe. & uide gl. no. de hereti. in 6. in c. cū per hoc. Et quid de arbitris iuris, qui succedunt in iurisdictione iudicis ordinarii, utrum debeant sedere pro tribunali in audiētia illius iudicis. dic quod non, sed p̄nt sibi eligere locum, sicut alii arbitri. Adde gl. no. j. de sen. in l. consentaneum, & aliam gl. no. in materia in l. a. j. de sen. quæ sine cer. quanti. & uide etiam in l. si quis duas. de excu. tu. Bal. in c. i. §. p̄terea. de prohi. feu. alien. per Fed. ibi latus per eundem, & habetur in l. p̄. de iusti. & in Bal. hic & gl. in l. cum sententia. j. de sen. Et ibi, quid de consensu partium. Adde, an arbiter possit prorogare cōpromissum in alio loco, ubi factum est, Bal. confi. 28. lib. j.

LEX VI.

1 Si p̄ses. B̄t dicit. Snia nulla non impedit ordinariū iterum super eodem cognoscere. h. d. Ad euentiā, p̄mitte tu iuuenis, q̄ q̄ aliquis est tutor, uel curator, & impeditur administrare aliqua de causa, sibi datur coadiutor, uel p̄stituitur actor. l. decre. ff. de admini. tut. & l. solet. ff. de tute. & insti. de cura. §. si. & habes ti. specialē. §. in quib. causis tut. hab. No. ex hac l. primo, q̄ dixi tibi in sumuario. No. sc̄do tex. qui dicit, repetitus notione suā exhibe. cum. n. nō p̄stet de nullitate sniæ, ex ipsa snia, quia in ea non apparet, minores non hnt curatores, apparet, q̄ iudex dēt cognoscere de nullitate, ut dixi in l. si ut proponis. §. e. Et hoc mō pōt intelligi hęc lex, p̄t et intelligi q̄ cognoscat de principali. † No. q̄ snia absolutoria ab obseruatione iudicij, p̄ quā p̄nunciat appellationem esse desertam, non potest ferri contra minores indefensos, ut no. in l. cum, & minores. §. si aduer. rem iudi. illud est uerū, in interlocutoria, per quam peruenitur ad primū, uel ad fm decretum, scus in alia interlocutoria, ut hac l. q̄ hoc probat duob. mod. Nam snia absolutoria ab obseruatione iudicij ē interlocutoria, fm unum modū intelligendi, ut gl̄tangit in l. Titia. de accusatio. & ibi plenissime dixi. Itē hoc probat tex. ex generalitate, quia dicit, q̄ q̄ d eo tpe, & c. & sic ex generalitate patet. † Op. q̄ iste idē iudex, a non possit cognoscere, ut s. e. l. si ut proponis. Sol. Ibi in delegato, hic i ordinario, ut ibi plene dixi. † Quæro, q̄to contingit hoc, quod isti adulti non habeant curatorem? Dicit glo. pluribus modis, uel quia nunquā minori fuerunt dati, uel quia mortui. Dices tu. Si nunquā fuerunt dati, quādo fuit datus coadiutor, uel actor. R̄n. Coadiutor

ADDITIONES.

- a Alex. † Si p̄ses. No. q̄ per istum tex. & per l. 2. ut intra certū tps, dicit Bar. in l. p̄perandum. §. illo. q̄ licet instantia sit perēpta, tñ officij iudicis durat, ut possit partem, per quā hoc p̄tingit in expensis cōdemnare, & no. & idem tenet in d. l. 2. & Bal. in h. d. singulare uerbum, in materia appellationis, de quo uide quod scripsi post Bar. in l. j. quando prouoc. non est necesse, & hanc legem limita, & declara, ut per Bal. in l. nostram. de test.
- b Parif. † Potest ferri. De hoc uide Barb. in confi. 31. uol. 3. in 1. dub.
- c Ale. † Minores indefensos. An snia lata p̄ minores indefensos ualeat, uide Bar. in l. j. pupillū. ff. de re iud. & ibi doc. si iudex p̄nunciat appellationē esse desertā, an sit interlocutoria, uide Lud. in rub. de re iud. post Bald. hic, & Bald. in l. 2. §. de epi. aud. & ibi an ab ea possit appellari. Et no. hic, q̄ snia lata p̄ minores indefensos non ualeat. Fallit in cā, per quā pronuntiat quē mittēdū in possessionem. Itē ualeat snia diffinitiuā in cā appellationis p̄ minores indefensos. no. in l. alienam. §. de p̄cu. Adde an sententia lata p̄ minores indefensos sit nulla. Ang. confi. 255.
- d Ale. † Itē iudex. Adde q̄ in casu huius. l. et delegatus possit cognoscere super cā principali, q̄ snia lata ab obseruatione iudicij, uel rōne perēpta instātia, nō expirat iurisdictio et delegati, quominus possit sup negocio p̄ncipali cognoscere. Ita uoluit Spe. in ti. de of. iud. §. deseruit. uer. q̄ d si p̄ponēs, & Ang. & Imo. Pau. de Ca. in l. iudex. ff. de re iud. & Bar. in l. j. si a non competen. iud. Io. Andr. in c. examinata. de iud. & ibi per Ant. & Inno. in c. consuluit. in princ. de offi. deleg. & Pau. de Leaza. in cle. j. de re iudi. & do. de Rota in conclu. 66.

seu actor fuerunt dati tutorib. & tutela finita est. Hoc mo oportet intelligi, si dicas q curatores nunquam fuerunt dati. ¶ Quæro, utrū actor, possit prosequi post causam appellationis, si uult. Gl. dicit, q non, per l. si actor. j. de appel. & ibi dicam.

L E X VII.

- 1 Sententia lata contra absentē, non legitime citatū, non ualet. & ibi quid sit pro absente, nu. 2.
- 3 Contumacia facta eius, qui ad domum citatus non uenit, sufficit, ut sententia lata contra absentem ualeat.
- 4 Sententia lata cōtra absentem infirmum, legitime citatum, quem iudex sciebat febricitare, est ipso iure nulla.

Ea quæ. ¶ Sententia lata cōtra absentē, nō solēniter citatū, ē nulla. h. d. ¶ Circa hāc. l. q̄runt tria. Prīo qd si est lata p absē. re. gl. dicit idē notabit, q nō ualet, ut l. furioso. ff. de re iudi. & uide gl. no. ibi. Idē no. in l. q̄sūtū. ff. de re iudi. Cōtra hoc vī. ff. de iudi. & l. post edictū. circa prin. s. de iud. l. pperādū. §. sinautē reus. Rñdeo, p absente nō līme citato nō ualet, ut ista gl. & pbat in l. furioso.

2 Sed p absente līme tñ citato, bñ ualet, q a rei absentia replet per Dei p̄sentia, ut s. de iud. l. pperādū. §. sinautē. ¶ Itē q̄ hoc facit, qd qd q̄s citat est in eius fauore: ergo nō debet retorqueri in eius lētionē, ut l. nō eo minus. de pcur. & l. qd fauore. de legi. Rñ. istud non est inuentū principat in fauore absentis, sed ad rigorē iuris p̄seruādū, qd rigor est, ut p actus ciuiles alteri p alterū nō quærat, nisi sit p̄sens. Cū igitur non fuerit p̄ns pro eo id sibi non q̄ æritur. Facit ad hoc. l. quæsitum. ff. de re iud. dicam. j. ti. ij. l. j. & tene menti istā glo.

3 ¶ Quæro secūdo, quæ p̄tumacia requiratur ad hoc, ut ualeat sententia, an uera p̄tumacia, q̄ inuentus fuit, & non uenit, an ficta, q̄ non fuit inuentus. Hic, quæ dicatur uera p̄tumacia, & q̄ ficta, examinat gl. latius in l. si. de in inte. rest. & l. ex p̄sensu. §. si. de app. Doc. p̄nunt in l. pperādū. §. sinautē reus. s. de iud. & ibi dico. ¶ Quæro tertio, qd si absens erat infirmus, fuit tñ līme citatus? Gl. dicit, qd tunc snia est ipso iure nulla. Illud itellige uerū, q̄ iudex sciebat absentē febricitare, sed si ignoraret, ualet tūc snia, ut no. in l. q̄sūtū. de re iud.

b idem in qualibet absentia necessaria, but dicam uobis, in l. pe. j. eo.

A D D I T I O N E S.

- a Ale. ¶ Furioso. Vide ibi dicta, & circa princ. huius legis, adde q si statutus esset terminus in quo debet ferri snia, nō requirit citatio, ut dicit Bal. in auth. ei. q. j. de tēp. app. & in c. i. s. sancimus. quo temp. mil. quod sequitur Pau. de Cast. in l. admonendi, de iureiu. Bene facit, qd dicit Bald. in l. admonendi. ubi dicit, q terminus p̄fixus dī perēptorius. An snia lata pro absente, uel febricitate ualeat, uide Bar. in l. & post. ff. de re iud. Bal. et tenet, q̄ et si nō est līme citatus, uon ualeat. Q̄n aut q̄s est p̄ns, non requiritur perēptoriū. fm Bal. in l. i. in si. s. eo. adde auth. si oēs, & ibi per Bal. s. si ut se ab hære. absti. Ang. aut in l. i. s. de long. temp. p̄scri. tenet, qd snia interlocutoria, lata in fauore absentis, ēt non citati, teneat, q̄ no. alle. Inno. in c. audi. de p̄cu. Et q̄ ualeat snia lata pro absente nō citato, tenet Bal. in l. si accusatoribus, de accus. uide Bal. & Ang. in l. properandū. §. sinautē reus. fallit i sum mariis iudiciis, fm Bar. in extraua. ad reprimen. in uerf. figura. in si. Adde Ant. in c. cam. de iudi. glo. in d. §. sinautē. in uerb. p̄dicturi, & in §. sinautē alterutra. in uer. uter. tenent p̄rium eius quod hic no. gl. in quantum opi. procedere possit in criminalibus, q̄a etiā in accusatore absente, possit pro eo non citato ferri snia. ¶ Quis indubitat. j. de adul. ita no. Ang. in d. §. sinautē reus. & Bal. in l. si accusatoribus, de accusa. Item limita cōem opi. per Ang. & Imo. in l. de uno. in prin. ff. de re iud. uide Cy. & Ia. But. in d. §. sinautē. in 3. q. & ibi Saly. & gl. hic ult. no. Fed. de Se. in confi. 80. & Old. in l. 4. §. hoc autem iudicium. de dam. infe. ff. adde quæ requirantur ad hoc, ut sententia ferri possit contra absentem, tanquam contra contumacem. Ant. confi. 8. & qualiter sententia lata contra absentem possit retractari. per eundem confi. 176.
- b Ale. ¶ Absentia necessaria. Vide Bal. in l. i. in si. in i. q. j. de custo. reo. & Bart. in extrauag. ad reprimen. in uerbo neglexerit, &c.

L E X VIII.

- 1 Absenti citato, debent statui tempora ad ueniendum decem dierum, pro quo libet termino, & nu. 4.
- 2 Citationes possunt fieri per literas ibi, & nu. 9.
- 3 In peremptorio fit comminatio, & si citatus peremptorie non ueniat, procedetur contra eum ad ulteriora secundum partis petitiones.
- 4 Iudex successor potest expedire, quod non est expeditum per primum iudicem. ibi, & nu. 11.
- 5 Lite non contestata, non potest ferri sententia diffinitiuā, nisi in casu. l. si. §. illud, infra, de temp. app.
- 6 Citationes, & peremptorium eo modo quo hic dicitur, etiam lite non contestata procedere debent, quando peruenitur ad interlocutoriam, hoc est ad primum, uel secundum decretum, & nu. 5.
- 7 Vel ad interlocutoriam, quæ quasi exhaurit uires totius negotij.
- 8 In interlocutorijs non ponderosis: uel, ubi fit citatio ad aliquem actum: puta ad uidendum iurare testes, non debet præcedere peremptorium.
- 10 Citandus amplius non est, qui semel citatus dixit, uolo uenire.
- 12 Delegatus non potest realiter citare, capiendo personam.
- 13 Iudex exceptis duobus casibus hic positus, quando uult, potest quem facere capi personaliter, sed non potest cogi a parte, nisi prius reus in contumacia constitutatur solenniter.
- 14 Actore presente, quomodo procedatur, contra reum absentem.
- 15 Reo reuerso, qualiter succurratur.
- 16 Citatus ad unum actum, non potest per suam contumaciam, in alijs grauari.
- 17 Actor si elegit mitti, & missus est in possessionē bonorū rei, cōtumaciter ab-

sentis sibi non præiudicat quin possit facere reum personaliter capi. ¶ Absentia contumaciam inducens, quæ requiratur.

Consentaneum

Ista lex est difficilis iuuenibus in re. & in gl. & materia est quotidiana, & utilis. Bñ hoc itēdit fm uerā lec. Reus p̄uentus reali absens post litē p̄te. dēt in p̄tumaciā solēniter p̄stitui, & iūc q̄ eū poterit alterum de tribus remedijs exerceri, uel p̄sonæ captio, uel possessionis translatio, uel snia diffinitiuæ p̄latio. h. d. Diuidit in tres partes. Prīo, q̄n & quatr dēt in p̄tumaciā p̄stitui. Sc̄do p̄ q̄rē. Tertio qd sit iudicis officium p̄ absentē. Sc̄da ibi, qd uel successor. Tertia ibi, a quo ter citatus. ¶ Itē debetis scire, q̄ ista l. intellr p̄ quosdā in cōuento, actione reali p̄tumace post litē p̄te. & istā teneo. Quidā intelligūt in p̄ueto reali, uel p̄sonali. Quidā intelligūt in absente, an litē p̄stet. uel post. quidā alij intelligunt in reo absente, siue in actore. Istas lec. tāgam, primā p̄sequar, & aduerte casum in terminis. Egi q̄ aliquem reali, lit. p̄te. ille se absentauit, iudex post eius absentia semp tenuit me in uerbis: q̄ro a uobis dñe Imperator, quatr iudex dēt procedere. Rñ. Imperator, p̄sentaneū iuris fuit, hoc est p̄ueniēs iuri, ut ei absenti statuat tpa ad ueniēdū, & rñdēdū solēniter, qd fit ex p̄sse, eo citato, tribus lris, uel uno perēptorio p̄ oibus, in quo ponat q̄ ueniat, & sciat, qd si in eadē p̄tumacia p̄seuerauerit, iudex p̄cedet q̄ eū fm allegata, & petitiones pris p̄ntis. h. d. prīa pars. Initat q̄rēs, ille maledictus iudex, uel mortuus est, uel recessit, ut puto poterit ne hoc facere successor suus. Rñdet Imperator, q̄ uel ipse, uel successor suus hoc facere curabit, si hoc nō est factū. Seq̄t uera quo ter citatus. Instat q̄rēs, si erit reus iste in p̄tumaciā, quatr p̄uidebit mihi q̄ eū? Rñdet Imperator: iudex offm suū q̄ talē cōtumacē exercebit, qd est. ut faciat alterū de tribus, uel qd mittat familiā, & faciat eū p̄sonat uenire, uel qd rei peritæ possessionē, quā reus habebat trāsferat i authore, & efficiatur de possessore petitor, uel iudex examinet oīa acta, & p̄ferat diffinitiuā sniam. h. d. ¶ No. qd debet absenti statui tpa ad ueniēdū x. dierū p̄ quolibet termino, ut hic tex. cū gl. de iud. l. non nunq̄. ¶ No. qd q̄s citat p̄ lras. ¶ Not. q̄ in perēptorio fit cōminatio, ut si nō ueniat p̄cedet q̄ eū ad ulteriora, fm partis petitionem.

¶ Not. qd nō est expeditū per primū iudicē, p̄t expediri p̄ eius successorē, ¶ No. uultio, tria remedia, q̄ p̄tumacem. ¶ Veniamus ad glo. opp. & vī, qd dilatio sit xxx. dierū, ut in auth. qui semel. j. e. gl. dicit, qd iura antiqua in hoc corriguntur, qd an sit uerū dicā tibi. ¶ Opp. secundo in si. dicit, q̄ p̄t perueniri ad diffinitiuam sniam. Contra, ¶ lite non contestata nō p̄t ferri diffinitiuā snia, ut l. si. §. illud. de tēp. app. sed hic nō dī, qd fuerit p̄testata. ergo, & c. Sol. dicit gl. qd hic intellr post lit. p̄te. Alij dñt q̄ hic ante lit. p̄te. loq̄tur qd, & qd in si. dī, loq̄tur de snia interlocutoria, p̄p quā puenit ad primum, uel ad fm decretū. Glo. tenet primū, fatet tñ, quod ante litē p̄te. debet fieri citatio, eodē mō, quo hic dī fieri post lit. p̄te. & uide gl. examinabimus incontinenti, & est secunda gl. quā notabitis. Pro examinanda ista gl. habemus uidere duo. Primo, an hęc lex possit intelligi in absente, ante litis p̄testationem? Rñ. non. Nam ante lit. p̄test. in reali fit missio, tñ reus absens auditur intra annum de possessione, ut l. si q̄s emptionis. §. p̄. s. de p̄scr. xxx. ann. Sed hic dicitur, q̄ transfertur possessio, & fit de possessore petitor, & sic nunq̄ auditur, nisi de p̄prietate, ex quo apparet, quod ante lit. p̄te. non loq̄tur. Secundo est uidere, an ante lit. p̄te. debeant p̄cedere citationes, & peremptorium eo mō, quo hic dī. Gl. hic tenet quod sic. do. Ia. But. dicebat, q̄ hoc non reperit lege cautū. oēs em leges q̄ loquunt de perēptorio, loquuntur q̄n quis uult peruenire ad diffinitiuam sniam, nō q̄n ad interlocutoria primī, uel secundi decreti, ut patet ex omnibus legibus huius tit. & ad l. peremptorium. ff. de iudic. & l. p̄tumacia, de re iud. Mihi vī, q̄ gl. dicat ueritatem. ¶ Pro hoc habemus tex. in l. p̄sent. §. sed si hoc faceret. s. de his, qui ad eccle. confu. Hoc tenet in l. si finita. §. Iulianus. de dā. infe. gl. magna. hoc etiā obseruat consuetudo, & oēs tenent. ¶ Aduerte tñ, & notabitis, qd q̄nanc gl. intelligo q̄n fit citatio, ut perueniat ad diffinitiuam, uel ad interlocutoriam, hoc est ad primum, uel ad fm decretū. Sed q̄n quis citaret ad aliquā interlocutoria super aliquo incidenti, uel emergēti, est aduertēdū, qd si quidem illa interlocutoria quasi exhaurit uires totius negotij, ut q̄a erat p̄ferēda snia absolutoria ab obseruatione iudicij, uel alia simili, puto q̄ debeat p̄cedere peremptoriū, arg. s. e. l. si p̄ses. & l. Titia. ff. de acc. ¶ In his aut interlocutorijs nō ita p̄o derodis, uel q̄n q̄s citaretur ad aliquem actum, ut ad uidēdū iurare testes, uel publicatione testium, tunc nō debet p̄cedere peremptoriū. Sufficit em q̄ fuit requisitus, ut s. de test. l. si q̄n. arg. ad hoc. j. tit. j. in auth. nisi breuiore. ff. de acc. l. leuia. & ita cōls p̄actica obseruat, qd tene menti perpetuo. Opp. ad aliud q̄ dicitur, q̄ citatio fit literis, q̄ in auth. de lit. §. oēm. & s. de iud. l. sancimus. in n. Rñdeo, quædā est citatio uerbalis, quæ fit per nuntium, uel epistolam, uel per seipsum iudicem admonētē, & ista potest fieri, a quolibet iudice ordinario uel delegato, ut hic. Quædam est citatio uerbalis, quæ fit p̄ edictum propositū in albo, & ista nō p̄t fieri p̄ delegatū, quia albū non hēt. Ita loquunt p̄ria. Citatio uerō realis nō p̄t fieri, nisi p̄ ordinariū, ut in auth. de exhib. re. §. si uerō quidam. Tangā. j. & hoc mō loq̄tur hic

10 hic, & hoc mō habetis aliā gl. super ver. literis. ¶ Vltimus opp. ¶ dī
 hic, qđ debeat ter citari, qđ a sufficit semel, ut l. Fulcinus. §. si. ff. qb,
 ex cau. in pos. ea. So. ibi dicit expressē, nolo uenire: vñ amplius non
 f debet citari hic nihil dixit. Et uide gl. super ver. p̄tumacia. ¶ Opp.
 11 ad scđam partē, ¶ dī hic, uel qđ successor eius facere curabit. Cōtra,
 imo successor debet nouū edictū pponere, & etiā nouā citationē
 facere, ut ff. de re iud. l. edictū. So. ista debet intelligi fm illā, qđ si pri-
 mus p̄fecit oīa edicta, successor dabit nouā citationē, als ipse p̄ficiet
 primas citationes, & uide gl. ¶ Sequitur tertia pars. dī hic, qđ cogetur
 psona uenire. Contra, in auth. de exh. reis. §. si uerō etiā quidam.
 12 Sol. tibi loq̄tur in delegato, qđ non pōt realr citare, capiēdo p̄so-
 nam, hic loq̄tur i ordinario. ¶ Cōtra hoc opp. de l. j. & auth. ibi po-
 sita. §. de of. diuer. iud. ff. de in ius uoc. l. pleriq; de reg. iud. l. nemo de
 13 domo. sol. ¶ Dicit gl. r̄r ordinarius pōt capere persona qđ uult. F. l.
 g lit, rōne p̄sona, ut si est mulier, qđ non pōt capi p̄sona, ut d. l. ij. de
 h offi. ciu. iud. & auth. ibi posita. Itē rōne loci, ut si est in domo, h ut
 in aliis legibus. §. alle. in p̄riū. Idē no. in d. l. pleriq; & sic innuit, ista
 gl. qđ iudex pōt semp quē facere capi p̄sona, nisi in duob. casibus
 hic positis. ¶ Ist ud vī qđ istū tex. in quo dī, qđ debet prius in p̄tina
 14 cia p̄stitui, & tūc pōt p̄sonaliter capi. Sol. hic loq̄tur, si de urbanita
 te uelit, qđ tene menti perpetuo. Ita est ueritas, qđ semp qđ iudex
 uult, pōt quē facere capi p̄sonaliter, sed nō pōt cogi a p̄te, nisi prius
 reus in p̄tumacia cōstituat solēnter. Hic est casus in hac. l. & iō si p̄
 petit a iudice familiā, & iudex denegat pp hoc nō p̄t iudex tpe sin-
 dicatus p̄ueniri de hoc, qđ licet possit, tñ nō cogebat, sed postq̄ pars
 est p̄tumax, ut hic dī, tūc si iudex denegaret familiā, tunc possit cō-
 queri pars, tpe sindicatus, qđ cogit tūc, qđ no. Alias aut qđ possit fa-
 cere capi p̄sonaliter dixi. ff. ad l. iul. pec. l. sacrilegij, & ibi plenē dixi,
 & etiā qđ qđ possit facere detineri. Vltimus opp. dī hic qđ fm reme-
 dium est trāsferre possessionē, cui reus incūbit in actorem. Cōtra,
 si est absens, & non inuenit, qđo possessionē incūbit? ¶ Huius timo-
 re gl. exponit duo. mo. Primo, incūbit aīo, qđ retinet aīo, uel incū-
 bit p̄ familiā suā, & uide gl. Possēmus etiā dicere, qđ incūbebat pos-
 sessioni corpore suo, & qđ hic dī, qđ est absens, & p̄tumax, intellige
 a iudice: tñ in pos. reperiēbatur. ¶ Venio ad gl. magnam, & opp. dī
 hic, qđ hic loq̄tur reo absente, actore p̄te. Tex. vī qđ, in eo, qđ dicit
 auditis defensionibus tuis, ex eo, qđ dicit defensionibus, innuit, qđ
 reus erat p̄ns. Sol. tenendo lec. quā teneo, expone defensionibus, i.
 intentionibus. Ponūtur em̄ ista, qđq; unū pro alio, ut l. j. §. de iur. &
 fact. ign. Alij, timore huius p̄rij dicit, qđ hac. l. nra ponit tres casus,
 ut loquat, qđ agit reali, put dicit possessionē trāsferri. Itē loq̄tur, qđ
 agit p̄sonali, in eo, qđ dicit, auditis defensionibus. Itē prima duo re-
 media hnt locū ante lit. p̄te. Tertium, post lit. p̄test. Item prima duo
 remedia loquūtur, reo absente, Tertiu in actore absente, & ideo po-
 nitur hic, bñ hac auth. qđ semel. qđ loq̄tur i actore absente. Dñi, licet
 ista lec. possint esse uera in se, tñ ad istā. l. nō adaptantur, Nam hic
 p̄tinuat unū r̄sum principis factū uni super una qđone, & ideo oīa
 ista remedia debēt adaptari ad unā & eandē cām. De alio interroga-
 bitur princeps, & ideo posui casum in p̄uento reali, actore absente
 post lit. p̄test. ¶ Procedo ulterius in gl. dī hic, qđ fit de possessore pe-
 titor. Contra, imo vī, qđ audiat de possessione intra annum, ut l. si
 qs. §. pe. de p̄cri. xxx. an. Huius timore gl. ponit unā suā distinc-
 tionem, & distinguit tres casus. Aut reus abest post lit. p̄te. aut quasi cō-
 te. aut ante lit. p̄test. uel quasi, ut patet in gl. quā signa & no. ¶ Circa
 primū mēbrū habemus aduertere duo, qđ est absens post lit. con-
 14 test. ¶ Primo, qualiter succurrat p̄nti qđ absentem. Scđo, qualiter suc-
 curratur absentī reo, qđ p̄ntem. ¶ Venio, & assumo qđ reus p̄uētus
 reali est absens, isto casu p̄nti qđ eū sunt p̄dita tria remedia alterna-
 tiuē, qđ ponuntur in hac lege. Absenti aut reuerso, si qđ actor elegerit
 rit primū modū, qđ fecit eū capi p̄sonaliter, remanēt integra oīa
 sua iura, qđ est purgata p̄tumacia, tñ expensas reficere debet, ut l. san-
 cimus. de iudi. si actor elegit fm modū. l. de translatione possessionis,
 reus non audiet, nisi de p̄prietate, ut hic, & l. ij. ubi in re actio. &
 glo. dicit, hoc est uerū, nisi sit interpositū fm decretum, per qđ sta-
 tuatur reo absenti certū tps, intra qđ de p̄prietate doceat, qđ tūc ela-
 p̄so tpe nullo mō audit, ut l. a quo fundus. de dā. in fec. si uerō actor
 eligiit tertiū modū, l. quod p̄nunciatur, & p̄nunciatū est qđ absen-
 tem, tunc eo reuerso, p̄ appellationē succurratur, uel p̄ restōnem in
 inte. fm gl. qđ hic est, & in l. si. ff. de in inte. resti. si uerō reus erat cō-
 uentus p̄sonali, tunc etiā actor habet tria remedia. Primo, qđ capi-
 tur p̄sonaliter p̄ hac. l. & erit p̄ oīa idē, qđ in reali, si actor istū mo-
 dum elegerit. Itē habet fm remediū. l. qđ mittatur in possessionem
 bonorum ex primo decreto, ut §. de iudic. l. p̄perandū. §. sin autē. &
 illud non est illud remediū, de quo ponitur hic, qđ fit de possessore
 petitor. In casu uerō quē pono, nō efficitur possessor immissus,
 & reus reuersus semper auditur, refectis expensis, & recuperat pos-
 sessionem, ut in auth. ei qui. de bon. autho. iud. poss. Itē habet tertiū
 remediū, qđ proferatur diffinitua snia, si liquet de cā, ut d. l. p̄peran-
 15 dum, & hic in fin. ¶ Reo aut reuerso, qualiter succurratur, est ad-
 uertendum. Si quidem reuersus uult petere qđ sibi succurratur p̄tra
 ipsam sniam, non pōt, nisi p̄ appellationem, uel restōnem, ut no. in d.

l. si. de in inte. resti. Si uerō uult petere qđ sibi succurrat qđ missione
 factam ex uigore snia, hic est aduertendū: siquidē snia lata est qđdem
 natoria in quantitate, & pro quantitate fuit facta missio in posses-
 sionem, & tunc semper auditur ad recuperandū possessionē ante
 interpositum fm decretum, ut d. auth. ei qui. ita dicebat do. a. But.
 Ad quod aduerte. Est tñ dñia, quia qđ missus est ante sniam, ueniēs
 paratus defendere recuperat possessionem. Ideo em̄ erat facta mis-
 sio, quia nō defendebat. d. auth. ei qui. Sed qđ missio fit post sniam,
 non recuperat possessionē, nisi soluat. Ideo em̄ facta est missio, qđ
 non soluit. Hic est tex. no. nec est alibi, ut l. si pecunia. m̄ in si. ff. ut in
 pos. leg. qđ perpetuo tene mēti. Si uero lata esset snia qđdemnatoria
 super aliqua spē, si missio esset facta in alio, quā in ipsa specie, idē,
 quod. §. Si uero missio esset facta in ipsa spē, tunc ipse nō possit re-
 cuperare possessionē, uel proprietatē, nisi faceret rescindi sniam p̄
 appellationem, uel restitutionē, fm form. m. l. si. de in integr. resti.
 Secundus uerō casus est hic qđ reus est absens, lite quasi p̄testata in
 cā. Dicam de hoc plenē in l. ij. §. ubi in re actio. Tertius casus est, qđ
 fuit absens ante litē cōtestatam, uel quasi, & ista est propria materia
 primi, uel secundi decreti, quā Cy. ponit in l. cum proponas. de bo.
 auth. iudi. poss. & ego latissimē tractaui in l. si finita. §. Iulianus. de
 n dam. infē. Venio ad quādam, extra gl. ¶ Op. uno modo extra glo.
 16 & quero duas quāstio. ¶ Op. §. sic. Citatus ad unū actum, non pōt
 q grauari in aliis, per suā contumaciam, ut l. aur qui aliter. in prin. &
 §. j. & §. seq. quod ui aut clam. Facit. §. e. l. si ut proponis. la. ij. Sed hic
 in peremptorio fuit dictum, ut ueniat, & si non uenit iudex audiet
 allegationem p̄ntis. Vnde vī, qđ absentem non potest procedi ad
 aliquid, nisi ut audiantur allegationes partis, sed j. dī, qđ ad instātia
 istius iudicialiter proceditur, fm ista tria remedia hic posita, ergo,
 & c. So. Dicō, qđ hic, dī allegationē, intellige petitiones, seu positio-
 nes, & allegationes oēs, quā hoc uocabulo cōprehēduntur, & hoc
 de iure cōi. Sed cōis p̄suetudo iudiciorum se habet, qđ hoc uocabu-
 p lum allegationum, p̄intelligatur tñ de allegationibus iudiciorum,
 q ideo hodie peremptorium debet aliter proponi, ut dicat, si nō ue-
 niat, procedetur qđcum ad sniam, iustitia intercedente, uel procede-
 tur ad ulteriora, iustitia mediante, & c. ¶ Quero, hic ponūtur tria
 remedia, in cuius erit electione eligere. ¶ Rñdeo, in electione p̄n-
 17 tis actoris ut l. qđ in haredem. §. eligere. de trib. & l. ij. §. si quis. de eo,
 quod cer. loc. Hoc etiam apparet ex l. ad peremptoriū. ff. de iudi. qđ
 dicit, ut primo qs petat, ergo debet p̄cedere partis petitiō. ¶ Quero
 secundo, si aliquis unam ex istis uis elegit, utrū per hoc p̄iudicet
 f sibi, quin possit redire ad alias. Verbi gratia. Fuit in actore transla-
 ta possessio, nunc uult facere reū capi p̄sonaliter, poteritne? Text.
 t vī uelle, qđ sic, §. in l. j. §. qđ ergo. de uer. inspi. Facit. l. nemo carcerē.
 j. de exact. lib. x. & qđ no. dixit Archi. extra. de eo qui mit. in poss.
 v causa rei seru. an. c. j. libr. vi. ¶ Quero tertio, dī hic, a quo tpe cita-
 18 tus, si p̄tumaciter p̄ntiam sui facere neglexerit. ¶ Quero, quid re-
 x quiratur ad hoc, ut dicatur qs p̄tumaciter abesse? Rñdeo, requirūtur
 p̄mo tres citationes, uel una pro oibus, ut hic, Secundo requirit,
 ut pars, actor p̄sentet se in termino. Nam si actor se non p̄sentaret,
 & reus se non p̄sentaret, non esset p̄tumax, ut l. ij. in si. si qs
 in ius uoca. & l. arbiter calendis. §. de arbi. & de iudi. l. properandū.
 y §. j. ibi parte instante, & eius absentiam inculante, §. c. Et ideo est
 practica: talis qđ talem, qui se in termino p̄sentauit, & eius cōtuma-
 20 ciam accusauit. Itē requiritur aliud, qđ illicentiatus non recedat, &
 z ideo ponitur in practica, & licentiatus recessit, hoc idē, si em̄ me
 p̄sentarem, & non starem per totam horam, quā habet reus ad ue-
 niendū, & tunc non vī uenisse, qui non sterit: unde debet stare tota
 hora, ut innuit. l. & post edictū. ff. de iudi. nec sufficit uenire, & rece-
 aa dere statim, ut tex. innuit in l. qđ sitū. ff. de re iudi. & Inn. plene dicit
 in c. calumniā. de pen. extra. Qđ no. & tene mēti, toto tpe uitae tuę.

ADDITIONES.

a Ale. ¶ Cominatio. Adde il. perēptoriū. ff. de iud. & no. gl. & doc. i. c. cām qđ. extra.
 de resc. uide tñ Bar. l. si finita. §. Julia. de dā. ita. i uerbo qđro utrū postqđ est p̄tu-
 max perēptoric, & Bar. j. ea. l. ubi tenet p̄riū eius qđ ipse ponit in §. Julia. & idē
 in qualibet citatione nō perēptoria, qđ sit qđ p̄cedit ad sniam qđ absentē, fm glo.
 Bar. in l. si apparito. §. de appar. li. xij. sed Bal. hic vī tenere p̄riū. Cogita, & plu-
 res formas perēptorii. uide p̄ gl. in c. p̄stitutus. de sen. exc in 6. in uerbo, una pro
 oibus. ¶ Et qđ hic h̄ de citatione perēptoria. Adde qđ ita citatus ad oēs actus:
 dēt tñ ad audiēdū sniam sp̄aliter citari Imo. in c. p̄sultit. de off. dele. de citatione
 aut ad oēs actus: uide qđ h̄ in auth. qui semel. j. eo. & in l. i. uerfi. ad causam. j. qui
 actus non pos. PVT.
 b Ale. ¶ Dicat ueritatē. Vides ergo qđ in istis requiritur peremptoriū, fm diffini-
 tiua missione in possessionē, & ex primo decreto, & snia ab obseruatione iudi-
 cii, sed ad alia merita causę, quolibet citatio dī perēptoria, ut hic p̄ Bart. hic tenet
 Aegid. & post eū Io. And. in c. p̄sultit. de of. dele. & seq. Io. And. in c. ad peti-
 tionem. de accu. & Bar. in §. Iul. & in extrauag. ad repri. in uer. super dicto crimi-
 ne, & Ang. in l. i. §. stipulatio. ff. si cui plus quā per l. Falc. Sed Spe. in tit. de dilat.
 §. uidentum. post prin. in uerfi. termini, dicit, qđ non meminit se legisse qđ citatio
 ad merita dicatur peremptoria ad alios actus paris, uel uilioris p̄iudicii, illis
 qui. §. primo sunt expressi, ut puta in snia de citatio. bono. l. i. ff. de requiren. reis.
 uel in snia, qua pronunciat iudex se iudicem incompetentem, uel libellum esse
 ineptum eadem ratione, & uide Spe. in tit. de citatione. §. uiso uer. dicunt prout
 vī referre Bar. in d. §. Iulianus. in prin. Sed qđ in sentētia annotationis bonorum
 requiratur

requiritur peremptorium, tenet Inn. in c. ad petitionē. de accusa. qd̄ satis hic v̄ sequi Bar. & refert Io. in d. §. Julia. ibi, qn̄ duo iudices requirunt tertium, an requiratur tertia requisito. Bal. in l. si ff. de fer. in cle. j. de exce. quod sequitur. Inn. in c. cōsuluit. de offi. deleg. & Bal. in l. tres denuntiationes. s. e. & Bal. in l. properandum. §. siquidem. limita p̄ Bar. in auth. q̄ semel. Sed inquantū Bart. hic eam tenet etiā in qualibet interlocutoria grauis iudicii, Io. An. in d. §. Iulianus. v̄ tenere p̄riū. Tu uide Bald. in Leos. j. de app. ubi tenet idē in sn̄a super desertione, & v̄ uelle Bar. hic dum dicit aliz similes, per l. p̄zes. Et de absolutoria ab obseruatione iudicii, q̄ requiritur peremptorium, tenet Bal. p̄ illum tex. in l. properandum. §. & si quidem. Et istis adde Bal. no. in l. tres. j. e. Et p̄dictis adde Bal. j. cōmi. uel epistolas, in rub. & q̄ dicta sunt in l. si opus. de ope. no. nun. & p̄ Bal. in addi. Spe. in tit. de sen. in causis autem summaris non requiritur peremptorium ad audiendum sententiam. Ita dicit Abb. in c. cum olim. de testib. de quo uide tex. & glo. in cle. s̄ape. de uer. sig. in uer. peremptorie, quod no. in c. consuluit. de offi. deleg.

c Ale. ¶ Quis citare. Adde Bar. in l. si finita. §. Julia. & qd̄ ibi dixi, de dam. infect.

d Ale. ¶ Interlocutoris. No. an, i interlocutoria req̄rat perēptoriū, & uide Inn. in c. ad petitionem. de accu. & uide, qd̄ dixi post Bar. in l. si opus. de ope. no. nun.

e Ale. ¶ Vel delegato. An delegatus possit citare. Adde Bar. in l. plerique. post gl. ibi. cum seq. ff. de in ius uoc. & in d. c. ad reprimendam. in uer. si. per editū, & uide in auth. qui semel.

f Ale. ¶ Citari. Adde, qd̄ idē uoluit Bar. in l. si ff. de in inte. resti. & Spe. in tit. de leg. §. i. Inn. & Host. in c. ad petitionem. de accu. & Bar. in l. si finita. §. Iulianus. de dā. infe. & do. Ant. in c. si. de eo qui mittitur in pol. cau. rei seruandz. & Spe. in tit. de citatione. §. uiso. in uer. item potest testari. & in uer. si ergo peremptorium. Sed Pe. & Cy. in auth. qui semel. j. e. & Io. And. in addi. Spe. in ti. de procur. in §. i. tenet contrarium, & Ang. in l. ad peremptorium. ff. de iud. & do. Ant. in c. cōsuluit. de offi. dele. & Imo. in d. §. Iulianus. & adde Bal. Ang. & alios seq. Bart. opin. in l. tres. j. e. & etiam Imo. in l. ex consensu. §. eum qui. de appel.

g Ale. ¶ Mulier nō potest citari. Limita, ut per Bar. & ibi dixi in auth. ma. & auiz. §. quando tu. tu. offi. fungi potest.

h Ale. ¶ In domo. Sed Imo. v̄ tenere p̄riū in d. La diuo Pio. §. in uenditione de re iud. & idem no. in l. de ast. & etiam hic Bald. tenet p̄ ipsum, p̄ illū tex. qd̄ etiā v̄ sequi Lud. in l. 4. §. p̄ztor. de dam. infe. licet. ut ipse refert ibi Fran. de Rāpo. tenuerit opi. Bal. allegando dictum. §. p̄ztor. a p̄rio sensu. Sed opi. Bald. forte est uerior, q̄ etiam tenuit Ia. But. ut ipse refert hic. Adde Bal. in l. i. §. de iuris, & fac. igno. & facit ad no. per Bar. in l. a diuo Pio. §. in uenditione, de re iud. dixit Bal. in l. pleriq. ff. de in ius uoc. q̄ ante capturam debet citari personaliter in ciuili. si eut uidemus, q̄ requiritur fm̄ eum arbitrio iudicis. in auth. ut nulli iudices. §. si q̄s uerō comprehensorum. Facit qd̄ no. Inn. in c. uerum est. de sen. exc. & uide Bald. hic in prima q̄nōe. & adde Bal. in l. si quis curialis. §. de epif. & cle. in prin. & in l. quod euitandi. ad fi. §. de adi. ob turpem causam, & ipse Bart. idē tenet, cum l. ca. §. e. & dicit Pau. de Cast. in d. l. plerique. in fi. q̄ iudex non debet per capturā cogere ad comparandum personaliter nisi ex cā. per l. si. cum ibi nor. de procu. Adde, qualiter iudex possit facere capi debitorem, & q̄ creditor propria auctoritate capere possit debitorem. Bal. c. si. 12. libr. 1. & quā requirantur ad hoc, ut quis dicatur legitime carceratus, per eundem lib. 1. cōsi. 11. & cōsi. 49. eo. lib.

i Parit. ¶ Capi personaliter. Contra istud consuluit Comea. consil. 157. incip. in causa Benedicti.

k Ale. ¶ Post litem p̄te. Et sic no. ex isto tex. q̄ potest perueniri ad primum decretum, lite conte. Et hoc firmat gl. in l. properandum. §. si autem reus. §. de iudi. in uerbo, absente. & Bar. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infe. in uer. quero, dixi, q̄ regulariter, & uide concordantias per me inductas. in §. si autem reus.

l Ale. ¶ Tertium modum. Ex his no. q̄ in actionibus realibus, habet locū fm̄ decretum. Ad quod, uide bal. in l. 2. ff. de ex nox. cau. aga. & in auth. ea qui. de bon. z. ubi. ind. pol. & uide Ang. in l. 2. quo. ff. de dam. infe. licet in contrarium uideatur gl. in l. 3. §. genera. ff. de acqui. pos.

m Ale. ¶ Si pecuniz. Et ibi uide Bar. & idem tenet Bar. in l. properandū. §. si autē reus. §. de iudi. & l. si finita. §. Iulianus. de dam. infe. ubi uide. Quam sententiam limita, ut per Ang. & Mod. in l. si finita. §. item uideamus. ff. de dam. infe.

n Barb. ¶ Opp. uno. Et no. hic, q̄ contumacia in uno articulo, non nocet in alio. Idem tenet Bar. in l. si prius in j. oppo. secunda p̄rtis. de ope. no. nun. De quo est gl. no. in c. i. de do. & contu. in 6. Et facit, quod no. gl. in d. c. eo. ti. Io. And. in c. cōsuetud. el. ij. de elec. Quod limita, fm̄ Ange. nisi citatio sit generalis. l. qui ante. de uer. obli. ubi uide.

o Ale. ¶ Grauari. Ad hoc bene facit, qd̄ dixi post Bar. in l. de uno quoque. de re iud. Tu uide no. Bar. in l. statuliberos. §. sanus. de statulib. & quā dixi in d. l. aut qui aliter, & quod no. Bar. in l. si prius in prin. secunda p̄rtis. de ope. no. nun.

p Ale. ¶ Allegationum. Quid contineatur in uerbi. allegationibus, tene, menti ad hoc, quod no. Ant. in c. pastoralis. de causa posses. & proprie. Ange. in auth. iubeamus. §. de iudi.

q Ale. ¶ Aliter proponi. Vide Bar. in ea. l. & Bar. in d. §. Iulianus. Sed hic loquitur Bar. quando erat trina citatio in uno uerbo, & peremptoria.

r Ale. ¶ Presentis actoris. Et istis adde bal. in l. 2. in prin. ff. si quis ius dicen. non obtempe. & ibi uide per bal. & omnes doc. in fi.

f Parit. ¶ Possit redire. Idē tenet hic bald. in l. q̄ legati per illum tex. §. ut in poss. leg. & in auth. q̄ supplicatio. §. de p̄ci. imp̄. offer. melius in l. q̄ restituerē. §. de rei uen. ubi limita. nisi pignora essent data in solutum, uide Ale. in l. si finita. §. Julia. ff. de dā. infe. in l. i. §. circa si ff. si quis ius dicen. non obtrēp. & p̄si. q̄. uide Ange. & Ale. in 2. p̄sil. in l. nemo carcerem. j. de exacto. lib. x. Ias. in l. i. in prin. ff. si q̄s ius dic. ubi allegat als p̄cord. ad doc. Bar. hic, & uide eundem limitantem in ea. l. i. in l. no. Item, in l. nulli in 2. fal. §. de iudi. ubi etiam ponit, q̄ possit coram diuersis iudicibus, in exequutiis agi.

t Ale. ¶ Velle q̄ sic. No. bñ. & adde, qd̄ dixi in l. ha. res. §. pe. ff. de fideiul. & no. bal. in l. ignorare. §. de test. in d. iud. in l. si creditor. ff. si cer. pe. q̄ h̄eres pignori nō p̄t ipezzare capturā, sed forte si p̄cedit in perēptorio sn̄a. Idē forte hac itelligēda sunt, qn̄ p̄cedit p̄ contumacē, ut uoluit bal. in l. sancimus. ff. de iudi. & idē dicit bal. in l. post gl. §. de phi. seq. q̄ p̄ contumacē q̄ si p̄t uti missione in possessionē, & seq̄strationē, & utrobq; uide bal. in auth. q̄ supplicatio. §. de p̄ci. Imp̄. offer. uide bal. in l. q̄ legati. §. ut poss. leg. & Ang. in l. nemo carcerē. de exact. trib. lib. x. adde, q̄ creditor, licet elegerit unam uiam, tamen possit debitorem facere detineri.

Rom. consil. 134.

u Barb. ¶ Quarto tertio. Adde Io. de Lig. in c. 2. de dolo & contu. & Io. Andr. ibi, ubi alleg. bar. hic.

x Ale. ¶ Contumaciter. Quid requiratur ad hoc, ut quis dicatur contumax, adde bar. & ibi dixi in l. qui ante Calendas. ff. de uer. ob. & in d. l. si finita. §. Julia.

y Parit. ¶ Absentiā inculante. Circa hoc, an necessarium sit, q̄ accusetur p̄tuma. cia non comparentis, uide Ias. in l. properandum. §. i. in §. no. §. de iudi.

z Parit. ¶ Licentiatu recessit. Vide Dec. in c. i. in §. notab. extra. de iudi.

aa Ale. ¶ Quz̄situm. ff. de re iudi. & ad hoc uide ibi dicta. Adde pro hoc dicto bar. quod uoluit Pe. de Anc. p̄si. 16. q̄ stante statuto, q̄ reo non comparente intra terminum habeatur pro contumace, & exbannito, quo ad missionem in possess. & capturā. q̄ si actor non accusauerit contumaciam, quod non habeatur pro contumace.

AVTHEN.

- 1 Contra contumacem debet procedi ad petitionem presentis. & nu. 2.
- 3 Quodocunque potest perueniri ad diffinitiuam contra absentem, tunc potest iudex supplere de facto, & perquirere ueritatem inducendo testes, & alias probationes.
- 4 Contumax in primis dilationibus, licet ueniat intra terminum ultima dilationis, tenetur tamen expensas reficere.
- 5 An quis possit emendare, & mutare libellum, ante litem contestatam. & nu. 9.
- 6 Agere nemo cogitur ante porrectionem libelli, sed post porrectionem cogitur, nisi renuntiet.
- 7 Citatio per edita fieri non potest, nisi ab ordinario, & delegato principis.
- 8 Actori absenti post litem contestatam, & liquidato negotio, debet statui tempus decem dierum pro singula dilatione, & dari annus antequam perueniatur ad diffinitiuam. & nu. 9. & 13.
- 10 An lite non contestata possit perueniri ad diffinitiuā, contra actorē absentē.
- 11 Lis cōpta, & lis contestata est idem.
- 12 Actor, qui iudicem delegatum impetrauit, quid debeat facere.
- 13 Practica contra actorem contumacem.
- 14 Dilationes triginta dierum, de quibus in hac auth. non possunt de iure abbreviari, sed de consuetudine.
- 15 Absens potest citari per nuncium, uel per literas personaliter, uel ad eius domum.
- 16 Differentia inter manifestum, & notorium.
- 17 Actore absente, hac auth. tria immutat.
- 18 Reo absente, non est aliquid immutatum.
- 19 Reus presens non potest cogi litem contestari, sed peruenitur ad missionem in possessionem, ex primo decreto, & quando possit pro motu iudicis puniri.
- 20 Actor in casu huius auth. cadit ab instantia, & omni actione, non ipso iure, sed per sententiam. nu. 21.
- 21 Quod tunc non requiratur nouus libellus, sed ex officio iudicis deseruiente prima actioni proposita, hoc fiet.

Qui semel. Dicitur est in l. Codicis de reo contumace, est uidentum de actore p̄tumace, qualiter reo succurratur contra eum, ideo posita est hic, hac auth. Et diuide eā sic. ¶ Primo ponit, quid debeat facere actor. Secundo, qualiter p̄stituitur actor in p̄tumacia. Tertio, per quem iudicem. Quarto, quo casu. Quinto, quod sit officium iudicis, actore p̄stituto in contumacia. Secunda ibi, qui si causam. Tertia ibi, quē citatio. Quarta ibi, qd̄ & locum. Quinta ibi, q̄ si uocatus. Ista quinta particula subdiuiditur in tres partes. Primo, q̄ sit officium iudicis, actore nullo modo ueniente. Secundo, quid sit officium iudicis, actore ueniente. Tertio quid sit officium iudicis actore ueniente admissio, & postea desistēte. Secunda ibi, sed nec. Tertia ibi, his quoque. Et ista diuisio sufficit pro summario. ¶ ¶ No. qn̄cūq; p̄ceditur p̄ contumacem, debet fieri

ADDITIONES.

a Ale. ¶ Qui semel. Hæc auth. allegat, q̄ iudex dēt iudicare ex uerisimilibus. Anc. in p̄si. 318. qd̄ incipit in cā q̄ uerit. Et de materia huius auth. uide in c. prout. de do. & p̄u. & p̄ Inn. i. c. i. circa si. ut lit. nō p̄te. Et ad hanc auth. uide bar. in l. si prius. in 3. opp. tertiz p̄tis. de ope. no. nu. Hæc auth. limita, in q̄ r̄u. necessitate imponit, q̄ fiat p̄secutio p̄ actorē su p̄ libello porrecto, q̄ a p̄cedit qn̄ actor est p̄tumax, ut patet in d. l. si prius. & ibi hoc uoluit bar. in 6. op. tertiz p̄tis, & clarius Imol. Itē limita auth. p̄ id qd̄ h̄e in c. pastoralis. de cau. posses. p̄p̄. & ibi p̄ Io. Andr. & Inn. q̄a fallit in casu illius c. qn̄ q̄s uult p̄ auctoritatē iudicis suspēdere petitoriū primo inchoatū, & uult transire ad possessoriū, qd̄ limita fm̄ Imo. in d. l. si prius, & uide bar. in l. 2. ff. de p̄ro. sup. & uide Imo. Spe. in tit. de petitorio. §. i. uerbi. pōt etiam agi petitorio, & bal. in l. 2. §. de fal. cau. & bar. & Imo in l. si q̄s stipulat. in prin. de uer. ob. & unum no. ad intellectum huius auth. q̄ qn̄ dat reo terminus ad deliberandum, qualiter debet comparere, uide bar. in l. i. in prin. ff. de eden.

de rerum permutatio. l. cū precib. Sed ueritas est illud, quod dicit Cy. probatur in l. naturaliter. §. j. ff. de præscr. uerb. Sed prædicta opp. et in oblatione dandi ex trib. no. iatis. succedit oblo ad interesse. ut l. liber hō. in fi. ff. de uer. ob. glo. in l. Iulianus. in magna glo. de act. emp. dicit. Aut quis stipulat dari sibi, & nō succedit oblo ad interesse. Aut stipulat alteri, & succedit oblo ad interesse. Petrus aliter dicit, cuius opi. recitauit in d. l. liber hō. in fi. ff. de uer. ob. Et Cy. ibi refert in illa q. circa fi. de interesse intrinseco, & extrinseco. Ego dico quod gl. tua dicit ueritatem, cuius occasione debes uide- re rōnē. Quæ est rō, quod in oblatione facti succedit oblo ad interes- se: in obligatione dandi, non. Dico tibi, stipulones sunt inuentæ, ut unusquisque stipulet sibi pro eo, quod sua interest, modo, in oblo- ne dandi, si promitto equum, interest tua hñe equū simplr, quātum ualet, & ideo illud sine dubio est in oblatione: sed si promisi tibi ali- quid facere, forte non interest tua, quātū illud factū ualeat, nisi cō- staret, & ideo, nō potes me p̄cisē cōpellere ad factū, q̄a sic cōpelle- res me ultra quā interesset tua, ideo succedit oblo ad interesse, qua- re dādo tibi interesse, liberor. Nunc ad propositum, si ego reperio oblonē dandi talem rē, in qua sit eadē rō, quæ in facto, succedit ibi oblo ab interesse, sicut in oblatione faciēdi. Exemplū, ut si stipulatus sum alii dare, non interest mea forte in totum, forte, q̄a nō sum de- bitor illius, nisi in modica ḡtitate, iō succedit oblo ad interesse, ut l. liber hō. in fi. Itē, si stipulatus sum pecuniā mutuari, & nō mutue- tur, Nam licet mutuari, sit dare, q̄a mutuū est, q̄d de meo fit tuū, ut l. 2. §. appellata. ff. si cer. pet. nō tñ interest mea simplr, & in totum, iō succedit oblo ad interesse, ut l. si p̄nam. de uer. ob. Et circa ista dic plenē, ut dixi in l. stipulones nō diuidunt. de uer. ob. Veniamus ad tria secundę partis. Iuxta p̄dicta, est uidēdū, q̄n succedit oblo ad interesse, an succedat statim post morā, an expectet iteritus rei. Dic vñ in d. l. stipulones nō diuidunt. in §. 6. q. ¶ Itē esset uidēdū, utrū succedat oblo ad interesse, ita q̄d prima tollat, uel duret utraq; Et si duret, utrū alternatiuē, uel copulatiuē, uel quō? Dic, ut d. l. stipulones non diuidunt. de uer. ob. in 7. q. ¶ Itē esset uidēdū, utrū quis p̄cisē possit cōpelli ad factū. Istā q̄nē tāgit hic gl. super uerū. in aliis, & malē loquit. Dic, ut d. l. stipulones non diuidunt. in §. q. Itē esset uidē- dū, qualiter sup interesse formeet libellus. Istā q̄ ponit glo. ff. de act. emp. l. j. in prin. & ibi ponit gl. tripiicem formā libelli, & hoc ponit et in l. j. §. item si in facto. de uer. obl. Ego plenissimē examinaui in l. stipulationes non diuidunt in ix. q. Mō restat uidere de v. & vl. q. b. l. quare interesse, p̄bet. Circa q̄d b̄r dic. ¶ Quoddā est interesse cō- uentū, & istud p̄bat p̄ instrā, uel p̄ testes. ut l. h. de p̄. stip. ¶ Quoddā est interesse cōe, & istud probat p̄ testes, qui dñr, q̄d res cōiter tñ ualet, & q̄d cōiter cuiusque interest, tñ dictam rē hñe, ut l. i. j. §. de re scin. uen. & quod ibi no. Aduerte tñ ad duo, q̄a posito, q̄d nō face- res, nisi articulū de cōi ualore rei, p̄ hoc nō probares interesse dire- ctō, sed probares rei ualorē seu p̄riū. nam p̄riū rei, nō est interesse, ut dixi. Tñ ex hoc sequit probatio interesse, q̄a si res cōiter tñ ua- let, ergo cuiusque cōiter tantū interest eā habere. ¶ Itē aduerte ad vnū, & vñ, q̄ si uis probare pretiū, uel interesse t̄pis p̄teriti nō des- te referre ad unū diem, uel duos dies, sed ad q̄ plures. Et iō si face- res articulū, quod frumentū ualuit isto anno, die primo Ianuarii tā- tum, non est probata intentio. Non. n. dēt probari ex momento, sed debes ponere in articulo, & ante, & post, & p̄ plures dies, uel añ diē tñ. ¶ Ita probant in l. p̄tia rerū. §. nonnunq̄. aliās, §. nonnullā. ff. ad l. Fal. & ibi plenissimē. Itē aduerte, q̄d in articulo ponas et de lo- co publico, ubi talia cōsueuerunt uendi, ut plenē dixi in d. l. p̄tia re- g. 2. rū. in prin. & in fi. ¶ Est et fm interesse singulare. Et hic est aduerten- dum, quod quidam sunt casus, in quib. iurat in litem, ut in actioni- bus arbitrariis, & in bonæ fidei p̄ dolosum, & tunc probat p̄ iur̄m in litē, ut l. in actionib. de in lit. iur. p̄ non dolosum, dic ut dicā. j. in aliis. Qñq; sunt actiones neq; arbitrariæ, neq; bonæ fidei, & tunc qñq; uenit ad petitionē interesse p̄ p̄tēptā iudicis autoritatē, & idē, q̄a probat interesse p̄ iur̄m in litē, ut ff. ne qs eū, qui in ius uoc. l. pe. §. j. & l. q̄ restituerē. in fi. de rei uen. Qñq; uerō nō uenit p̄ eam iusta cā, & tunc p̄ dolosum probat p̄ iur̄m, ut l. super. §. in hoc inter- dicto. ff. q̄d ui aut clā. & l. si qñ. j. vñ ui. Si uerō agit p̄ nō dolosum, tunc oportet, q̄d interesse uerē probeet, ut hac l. Sed qualiter proba- tur: gl. quæ est hic, hoc nos docet in gl. sup uerū. subtilitatē, & uide gl. istam. Gl. uult, q̄ dictū testis referat ad hoīes, q̄ essent eiusdē con- ditionis, cuius est ille, qui petit interesse, & sic sunt p̄testes & opti- mē dicit gl. Et habemus p̄ ea rōnē no. in l. p̄tinuus. §. cū ita. de uer. ob. Sed si q̄libet testis interrogatus, quō scis? Rñ. q̄a tñ mea interes- set, si essem illius p̄dōnis, tunc quilibet testis, esset singularis in dicto suo, & quilibet deponeret de seipso. Debet ergo deponere in gñe, de quolibet hoīe qui esset illius p̄dōnis, cuius ipse est, lac. tñ de Arc. vñ dicere, quod si quilibet testis deponeret de seipso, probatus esset articulus. Nam p̄ identitatē artis vñ deponere de eodem argu. l. nemo est qui nesciat. de duo. re. Sed certē hoc nō placet mihi, quia illa lex, q̄ dicit, quod identitas artis facit uideri idem factum, nō hēt locum, nisi qñ inter p̄hētes, sic est inter eos actum, aliās eiusdē hoīs factum, quantuncunq; simile, non vñ idē, ut l. si non fortem. §. li-

bertus. ff. de p̄d. ind. ¶ Ideo aduerte, in ista mā ad duo q̄n formas ar- ticulū de interesse singulari tunc referas ad utilitatē, nō ad affectio- nem tantum hoc modo, q̄ p̄siderata qualitate tui actoris, tibi utile est habere dictum librum plusquam habere centum. Nō. n. proce- deret articulus, qui diceret quod nollet carere dicto lib. pro cen- tum, quia illud concludit in affectione, non in utilitate. Et istud in- teresse singulare, ad hoc ut deducat in p̄demnationē dēt p̄tinere uti- litatē, ut §. dixi. ¶ Itē aduerte, q̄n tu facis artic. sup interesse singula- ri, q̄ tu facias arti. de interesse cōi, ut sic liqueat iudici quod interes- se singulare, quod petis, non excedat duplum interesse cōis, ut hac l. ¶ Vltimo debes scire, q̄d et si de interesse, nil esset probatum di- rectō, sed tñ ex aliquibus p̄iecturis, ex officio suo iudex perp̄deret illud interesse, posset in isto interesse facere condemnationē. hoc tenet Cy. & hoc probat hic in tex. in uerū. in alijs aut casib. Hoc pro- batur j. de fruct. & lit. expen. l. non ignoret. & in fi. expressissimē in l. super. §. in hoc interdicto. ff. quod ui aut clam.

ADDITIONES.

- a Alex. ¶ Obligatio dandi. An in obligatione dandi succedat obligatio ad in- teresse, per bar. in l. stipulationes non diuidunt. in xj. & xij. opp. cum seq. de uer. ob. per bal. hic, in uerū. 2. quæritur. uer. sed opp.
- b Alex. ¶ Probetur. Vide bal. hic uer. quæro, quō probetur interesse. & adde i hac materia, q̄ aliud est interesse, q̄d et p̄ non dolosum probatur p̄ iur̄m, ut no. Bar. in l. j. in prin. in §. q. ff. quemad. test. ape. uide. quod ibi scripsi. & per Bar. hic.
- c Alex. ¶ Temporis p̄teriti. Ad probandum ualorem frumenti in p̄teritum. Adde Bar. in l. j. §. de rescin. uen.
- d Alexan. Vel ante diem tantum. Hæc uerba in omnibus exemplaribus. habentur, tamen meo iudicio ex b̄r. in legib. quæ hic adducuntur, ab radi debent.
- e Alex. ¶ Actiones. Qualiter autem probetur lucrum cessans, uide Bal. hic i uer. 6. quæritur qualiter probetur, &c.
- f Ale. ¶ Sed qualiter. No. de interesse singulari p̄bādo p̄ testes, adde bar. i l. nemo. in fi. de duo. re. & uide q̄d no. post bar. in l. in hac. ff. de dā. inf. & dicit hic bal. q̄d reddere dēt testis cām sui dñi, et nō interrogatus. Facit q̄d no. Bar. i d. §. cū ita.
- g Ale. ¶ Identitatē. Adde Bar. in l. j. §. de rescin. uen. & sequit hic et Bal. in uerb. q̄ro qualiter probeet singulare interesse. Vide tñ eūdē Bal. in 6. q. in uer. pone.
- h Alex. Ad duo. Et tenet Bar. hic, quod licet interesse sit probatum per unū teste, non poterit deferri iuramentum in supplementum probationis.
- i Ale. ¶ Procederet. Cōtrariū uñ sentire Bar. in l. nemo est q̄ nesciat. ff. d. duo. reis.
- k Alex. ¶ Scire. No. q̄ licet non probeet directō, tñ iudex ex officio. p̄t adēnare, & sic no. quod ubi difficilis est probatio, sufficit per coniecturas. Et ita alle. bal. in auth. quas act. §. de sacros. ecc. & Imo. & dicit bal. in l. si quis in hoc genus. de epif. & cle. q̄ tortura facta in camera, probatur, per indicia & coniecturas. Imo alibi vñ dicere bal. q̄ ubi est magna difficultas probationis, stat iur̄o, maxime si est parui p̄iudicij, fm eū in l. qui accusare. de eden. Et ad dictū bar. bene facit. l. si id quod ex Paphila. §. fi. de leg. ij. & ibi bar. & idē bal. in l. tradō. §. de act. em. ubi uide. & et probat interesse p̄ p̄iecturas, ut no. bal. in l. sup. per Bal. hic in uer. 6. qualiter. uide tñ q̄d dicit bal. hic, in fi. in ultimis uerbis, & dixit bal. in l. fi. ad fi. de fru. & lit. expen. q̄ interesse et fructuū, probat per coniecturas p̄dictas. Ad- de per Fed. in consi. 119. adde no. per bar. per illū tex. in l. non ignorat. de fruc. & lit. expen. & tex. & bar. in l. si traditio. §. de act. emp. & bal. ibi aliter loquitur.
- ¶ Adde, quod per unum testem de uisu & plures de auditu, probatur metus seu impressio, fm bal. consi. 49. lib. 4.

Si a non compet. iudice iudic. esse dicatur. Rub.

LEX PRIMA.

- 1 Sententia a non competenti iudice lata, est nulla.
- 2 Sententia lata a iudice, non super eo, quod est sibi commissum, sed super alio, quod pertinet ad causam incidenter, ualet.
- 3 Si uerō res est prorsus extranea, tunc iudex non potest cognoscere, nisi per modum reconuentionis, uel prorogata iurisdictionis.

Iudex. ¶ Continua Rub. quia quandoque snia est nulla, p̄ defectum iudicis incompetētis, ideo de hoc ponit. Dñi, totus iste titulus istud intendit. ¶ Sententia a non suo iudice lata, est ipso iure nulla. h. d. Opp. de l. x. diles. §. item sciendum. de x. d. edic. & §. de ord. iudi. l. j. de iud. l. quoties. Huius timore gl. dicit hic. quando iudex iudicat super alio, quā super eo, quod est sibi commissum, est aduerten- dum, quia quandoque illud pertinet ad causam cōmissam inciden- ter, uel per modum antecedentis, uel per modū consequētis, & tūc iudex de istis potest pronunciare, ut l. tria. & hoc est, quod uult hic tex. dicere ibi, quā quod ad eam rem pertinet, sufficit enim, ut p̄- tineat ad rem sibi commissam. ¶ Si uerō est res prorsus extranea, tunc iudex non p̄t cognoscere, nisi in duob. casib. p̄ modū recō- uentionis, ut l. cū Papinianus. auth. & p̄ter. §. it. 3. Itē p̄ modū pro- rogatē iurisdictionis, ut l. 2. §. sed si iudex. §. de iud. & l. de qua re. §. j.

ADDITIONES.

- a Alex. Iudex. Limita istum titulum, nisi captus suspectus esset de fuga. Ita dixi. in l. cui iurisdictione. de iu. om. iud. Adde fm Pau. de Cast. q̄ si delegatur causa appel- censetur delegata causa nullitatis sententiæ, ut dicit Archid. in c. j. de app. lib. 6. super uerbo, partium. non sic econuerso. Et p̄dicta habent locum in sententia diffinitiuā. Sed si appelleretur ab interlocutoria, & committatur alicui cā app. nō censetur commissum negotium principale, nisi dicatur expresse, & ita dicit se ui disse seruari in Romana curia.

LEX II.

1 Delegatus super proprietate, non potest cognoscere super poss. nisi aliter de proprietate pronuntiare non possit.

Si militaris. Sub pcedē. sūmario p̄tinetur, & reuoco in dubiū. An iudex delegatus, super p̄prietate, possit cognoscere super possessione. Inter gl. nostros fuit p̄tentio. Finaliter gl. determinat, & benē, dic ut in gl. no.

LEX II.

1 Litigantes coram non suo iudice, credentes ipsum esse suum iudicē efficiunt, ut prorogatio iurisdictionis impediatur.

2 Confessio facta coram non suo iudice, an ualeat.

3 Excōicatus ab aliquo iudice, si appellauit, an desinat esse excōmunicatus.

Et in priuatorum. Sub eodē sūmario p̄tinet. Op. litigādo corā non suo iudice, v̄r prorogari iurisdiō, ut l. 2. circa prin. ff. de iud. ergo ualeat scia. Sol. in tellige qd̄ hic litigabant credētes ipsum esse suū iudicē, & sic error

impedit proagationē, ut d. l. 2. ¶ Quāro qd̄ in p̄fessione facta corā non suo iudice, an ualeat? De hoc hēmus tex. in cat. si clerici. c. de iud. & dicit, qd̄ non. gl. inducit hanc. l. in arg. ad q. ¶ qd̄ ille, q̄ est excōicatus ab aliquo iudice, & appellauit, desinat esse excōicatus, q̄ p̄ appellonē definit esse suus iudex, sn̄a ergo eū non adstringit, ut l. 1. in fi. ad Turpi. Nec ob. qd̄ dicit gl. qd̄ quidā dnt, qd̄ sn̄a excōicationis, trahit secū executionē, & in p̄t appellari, & extinguit effectus sn̄a. s. quo ad statū, ut l. q. ultimo. ff. de pe. Et ff. de iniust. tel. l. si qs filio ex h̄dato. s. irritū. de testa. l. 1. Ista gl. dicit q̄ casum. c. pastoralis. c. de app. No. ob. qd̄ dicit gl. de sn̄a ultimi supplicii, q̄ trahit secū executionē, sicut sn̄a excōicationis, q̄ nā eorū ē diuersa, q̄ sn̄a excōicationis non est p̄p̄tua, sed d̄ p̄donalis seu medicinalis, donec qs purget p̄tumaciā, uel emendet offensam, ut in c. cum medicinalis. de sent. excom. lib. 6. Sed sententia ultimi supplicii, est perpetua, & mortalis, ideo facilius permittitur appellatio.

ADDITIOES.

a Barb. ¶ Et in priuatorū. Inn. i. c. p̄ inquisitionē, de ele. limitat, qd̄ tenet illi stare, nisi p̄ errorē. Io. And. limitat, si iurisdiō illius iudicis erat talis, q̄ nō poterat p̄rogari, aliās secus, in tit. de cō. u. s. sequitur. uer. s. credo de ista confessione.

b Ale. ¶ Confessione facta. Probat in l. diuus. de cust. reo.

c Ale. ¶ Dicit gl. Vide Bar. in l. cum stipulatus sum mihi a proculo. de uer. obli. latius per Bar. in l. qui ult. de pen. & adde. c. si cui. de sent. excom. lib. 6.

d Ale. ¶ Pastoralis. Et ibi per Inn. & Io. And. in c. p̄terea. eo.

De p̄na iudicis, qui malē iudicauit. Rubrica.

¶ Continua, ut in gl. Sicut Rub. hēt duas ptes, ita i tex. ponunt̄ duae leges. De secūda parte rub. loq̄t l. 1. & l. 2. loq̄t de prima pte Rub. sed auth. nouo iure, loquitur de utraque, ideo legimus eam in fi.

LEX PRIMA.

1 P̄na corrupentis iudicem, uel aduersarium non principalem, qualis.

2 Aduersario principali, potest dari pecunia, ut patiat̄ contra se ferri sententiam, si litiget per calumniam.

3 Reus corrupens iudicem, uel procuratorem actoris, amittit causam, sicut econtra in actore.

4 Quando eam omittat ipso iure, & per sententiam, & nu. 6.

5 Sententia lata a iudice, pecunia corrupto, non ualet: si uerō precibus, ualet.

7 Aduocatus uel procurator si fuerit corruptus, qualiter succuratur ei cuius est aduocatus, uel procurator.

8 Quae erit p̄ctica, quando aduersarius non principalis, uel iudex fuit corruptus.

9 Si corrupens, decessit ante latam sn̄am, non transit hac p̄na in ha. sedes.

Constitit. Hāc ē lex subtilis & utilis. B̄ dicit. ¶ Qui corrupit iudicē, uel aduersariū nō principālē, p̄dit actionē. h. d. ¶ No. qd̄ q̄ corrupit iudicē uel aduersariū non principālē, amittit cām. Opp. qd̄ idē sit cā publica, & fiscalis. Ergo hoc est sup̄fluū. ¶ s. qb. in 2. p̄t. huius lib. Huius timore,

exponit gl. publica ciuitatis alicuius. Ista expositio v̄r q̄ l. eū q̄ uerū gal. aduer. sig. ubi publica ponit̄ improprie. Vel d̄nt qd̄a, publica ciuitatis Ro. q̄ differt a fiscali, postq̄ fuit trāslata p̄tās i principē. aliud est Respub. Ro. s. Ciuitatis, aliud est res fiscalis, s. totius Imperii. Vel hic ponit̄ publica, i. criminalis, tene q̄ uis. V̄terius op. ¶ & v̄r, qd̄ licet dare aduersario meo pecuniā, ut l. fratris. s. de tran. Duae sunt sol. in gl. Vna, q̄ ibi loquit̄ de aduersario principali, hic uerō nō loquit̄ de aduersario principali, sed de p̄cu. uel aduoc. quem nō licet corrūpere, & ista est uerissima. Alia ponit̄ i fi. ut distinguamus. A ut dat̄ aduersario, ut a lite recedat, & desistat, & licet, ut in p̄rio. Aut, ut patiat̄ se succūbere, & nō licet, ut hic, & uide gl. Est ne uera ista sol. Azo. in tit. de collu. detegē. tenet, qd̄ r̄t l. 3. corrūpere aduersariū principālē. fallit in cā libertatis ut in illo titulo, & t̄ ad l. uiscel. Itē fallit in causis popularib. ut l. eū q̄. s. in popularib. de iureiu. Itē, fallit in causis sp̄ualib. ut extra. in ti. de collu. dete. In aliis aut̄ casib. licet aduersariū corrūpere, ut patiat̄ se ferri sn̄am, imo dēt iudex ferre sn̄am, s̄m quod partes uolūt. Tex. est in l. si p̄uenerit. ff. de re iu. & p̄dicta uera in ciuilib. in criminalib. j. tāgā. Redeo ad ordinē. gl. op. quod aduersario principali, nō licet dare, ut l. in sūma. ff. de p̄di.



inde. Sol. illud, qd̄ dixi, est uerū s̄m gl. nisi aduersarius litiget per calūniā, q̄ tūc sibi licet dare, & uide gl. ista sol. & p̄riū nihil ad hāc legē. Nā si quidē, q̄ritur utrū aduersario liceat dare, ita qd̄ dās incidat in p̄nā istius legis uel nō, ista lex nihil ad factū, q̄ si aduersarius litiget per calūniā, ego possum sibi dare, nec habeo p̄p̄uictō. Sed si q̄rat quo ad effectū repetitionis, utrū possit datū repeti uel nō, loquitur l. in sūma. & iō nihil ad p̄positū. Op. de l. trāsigere. s. de trāfic. Sol. gl. ibi loquitur in causis crialib. in qb. an dās habeatur pro cōiucto, dic, ut ibi dicemus, quia nūc nō est n̄a mā. Et mō habetis expectatā primā gl. ¶ Venio ad aliā gl. difficilē, & q̄ro, hāc lex loquitur in actore corrūpente iudicē, uel p̄curatorē rei, qd̄ in reo corrūpente iudicē uel p̄curatorē actoris? Gl. dicit idē, q̄ a eadē est rō, licet qd̄ dā q̄. Et uide gl. p̄riā. gl. habetis in l. & elegāter. s. pe. ff. de dolo. dūs Iaco. Butri. me audiēte, qn̄ legebat istā legē, tenebat istā gl. dū legebat illā legē, tenebat illā gl. Ego dico, qd̄ ista gl. est uera, & illa est falsa. Rō est rex. in l. eius delatorē. ff. de iu. fil. Et si dicis, ibi loquit̄ in cā, fiscalis. fareor, q̄ idē est in fiscali, q̄ in priuata, ut hic, in rex. & l. senatus. eo. tit. Itē p̄ hoc tex. in l. 2. in n. ff. de p̄di. ob turp. caus. ubi simplr̄ d̄r q̄cunq; dederit pecuniā iudici, amittat litē, nec distinguit, an sit actor uel reus. ¶ Scd̄o q̄ro d̄r hic, amittat actionē, q̄ro an perdat ipso iure, uel per sn̄am? dicit gl. qn̄ pecunia est data iudici, amittit actionē ipso iure, per l. uenales. j. qn̄ puo. nō est neces. qn̄ est data aduersario, dubitat. ut j. d̄ca. Ista gl. dicit q̄ casum. l. in d. l. eius q̄ delatorē. ff. de iur. fil. & s. de iura. cal. auth. principales. i fi. Itē dicit q̄ rōnē, qn̄ lex loquit̄ per uerba futuri t̄pis, amittat actionē, perdat cām, priuēct iure suo, & si fia, semper intelligit̄ per sn̄am. Dixi uobis in auth. q̄ semel. in fi. q̄o & qn̄ iudex. Tāgit gl. in liubemus. s. economus. de sacros. ecc. & dixi in l. Imperator. de iur. fil. hic rex. loquit̄ in uerbo futuri t̄pis, amittat actionē, ergo, &c. Nō ob. l. uenales, q̄ gl. alleg. ibi. n. q̄rit̄ de uirib. sn̄a, an ualeat uel nō, hic uerō q̄rit̄ de uirib. totius cāe, & ita tota distinctio, q̄ hic ponit̄ in gl. nō facit aliqd̄ ad qd̄ nē p̄positam. Quāro ergo, ¶ q̄ gl. hic tangit, an si sn̄a est lata per corruptelā, an ualeat uel non. Gl. r̄ndet multū b̄n. Aut iudex ē corruptus pecunia, & nō ualet, ut l. uenalis. Aut p̄cib. & ualet, ut l. seruo inuito. s. cū p̄tor. ad Treb. Si uerō est corruptus p̄curator, uel aduocatus, tunc, an sn̄a ualeat? gl. hic se nō firmit. Sed in l. j. de aduo. diuer. iudi. distinguit idē, quod i iudice: aut corruptus pecunia, aut p̄cib. ut ibi dicemus. ¶ Quāro, qn̄ dat̄ pecunia p̄curatori, an qs amittat actionē ipso iure, uel per sn̄am? R̄n. idē qd̄ qn̄ dat̄ iudici, ut hic in rex. & d. l. eius q̄ delatorē. de iur. fil. ¶ Quāro qualiter succurritur ei, cuius aduocatus, uel p̄curator est corruptus? Gl. hic distinguit, & b̄n, aut est corruptus p̄curator rei ita quod passus est uinci, & tunc hēt doli exceptionē, si p̄ueniatur iudicati, & habet regressum q̄ procuratorem. Si uerō est procurator actoris, q̄ est corruptus, & passus est aduersarium absolui, tūc actor p̄t agere actione prima. Et si excipietur de sn̄a, replicabitur de corruptione. habet etiam exceptionem de dolo propter expensas, ut l. eleganter. s. pe. ff. de dolo. & ibi posui plenius, & proprius istam mā, quam hic, & ulterius dixi, q̄ actionem amittat per sn̄am. ¶ ¶ Quāro, q̄ erit p̄ctica huius legis? Respon. p̄t esse duplex. Vno modo, per modum exceptionis, quia si actor agit actione iudicati, uel petit executionem sententiae, reus poterit excipere de corruptela, & tunc secuta hac sententia, quod actor est corruptor, tunc statim sequitur p̄na lege imposita, quod amittit actionem, ut l. 1. s. r. ad Turpil. hic est tex. in d. l. eius qui delatorem. Iudex tñ super crimine pronunciat, ut ibi dixi. Secundus modus est per modum actionis. & hic est

ADDITIOES.

a Barb. ¶ Cōstitit. Adde bal. post Bar. in l. 1. s. de iusti. Cod. p̄fir. q̄ ualet sn̄a lata q̄ uerū intellectū legis, uel statuti, & p̄ eius obscuritatē, uel uarietatē, & qn̄ sunt opi. hinc inde, uide bal. in l. m̄cipia. s. de ser. sug. & in l. p̄cib. s. de impu. ubi dicit, qd̄ nō audet recedere ab auth. doc. Et an opinio doc. excuset iudicē, uide Bal. in c. 1. s. iudices. de pace iur. fir. Et q̄ mens consulētis nō dēt attēdi, uide Fed. p̄fi. 229. in fi. Qd̄ plus sit seruādo opi doc. antiquorū, quā Mod. uide c. de qb. 20. dif. ita Ant. & uide qd̄ ibi dicit Abb. post Ant. in c. tua. de usuf. & in c. 1. de const.

b Ale. ¶ Iudicē. Sed utrū ista lex puniēs corrupentē, hēt locū in corrupto p̄tio, nō s̄m Bal. in l. p̄xi. & quid si corrupat notariū actorū, dic idē s̄m Bal. i. l. fi. j. eo.

c Ale. ¶ Et fiscalis. No. q̄ differt respub. a fisco. uide Bal. in l. fi. & Ia. Bur. & Sali. in l. properādū. de iud. & uide Bar. in rub. j. de iur. fil. lib. 10. in princ. & ibi scripti post eū sup. qui pro sua iur. l. 1. & Bal. hic in l. fi. & quod no. Cy. in l. 1.

d Ale. ¶ V̄terius opp. An in ciuilib. liceat corrūpere aduersariū, ut patiat̄ contra se ferri sententiam. Adde Bar. in l. 1. s. sed & constitutio. ff. de cal.

e Ale. ¶ Reo corrūpente. De p̄na rei hic corrupentis iudicē uel p̄curatorē aduersarii, uide Bar. in l. ḡnalter. & in l. 1. s. sed & constitutio. ff. de calū. & p̄ Imo. in l. diuus. ff. de re iud. ¶ Et dic, q̄ corrupens iudicē tenet̄ et̄ p̄na falsi. l. q. duob. ff. de fals. & uictoria cāz pollicit̄ punit. l. qui applicandi. j. de accus. Qualiter at̄ punitat̄ iudicans cōf. uide l. 1. cum gl. j. ad l. Iul. maieft. Quid in eo qui dat̄ pecuniā iudici, & q̄ p̄na fit in utroq; uide l. antepe. s. fi. ff. ad l. Iul. repet. l. 3. & 4. C. eo. tit. ad l. Iul. repet.

f Ale. ¶ Ipso iure. Vtū corrupens iudicem uel procuratorem, perdat cām ipso iure, uel per sententiam, adde Bar. in l. eius qui delatorem. in prin. & in l. 1. s. sed & constitutio. ff. de calū. Imo, in l. diuus. de re iud.

g Ale. ¶ Quāro qualiter. Adde no. in l. 1. s. de aduo. diuer. iudic. Bar. super secund. Cod.

LEX II.

- 1 Exceptio peremptoria potest opponi usque ad sententiam, & nu. 2.
- 3 Si omittatur non propter hoc sententia est nulla, nisi rescindatur per appellationem, uel restitutionem, & nu. 1.
- 4 Si opposui exceptionem, & in ea succubui, an illud idem possim post in iudicio deducere, per modum actionis.

Peremptorias. † Exceptio peremptoria, si non admittit, snia, nō rescindit, nisi restōnis, vel ap-
 2 psonis remedio. h. d. ista lex. ¶ No. qd̄ exceptio peremptoria, p̄t op
 3 poni usq; ad sniam. ¶ No. qd̄ t̄si omittat, pp hoc snia nō est nulla,
 nisi rescindat p̄ appel. uel restōnē. No. qd̄ dixi in summario. Opp. d̄
 l. si. j. de excep. de l. Pōponius. §. rati. ff. de pc. Sol. Aliud in exceptio
 ne dilatoria, ut ibi, aliud in peremptoria, ut hic, qd̄ dic, ut plenē dixi i
 b l. exceptionē. §. de pba. ¶ Scđo op. b̄ & v̄, qd̄ post didicita testifica-
 ta, nō possit opponi exceptione, ut in auth. at q̄ semel. §. de testi. Gl. fa
 re, & hoc est uerū in exceptione, q̄ pbat in instro. sed si deberet p
 bari p̄ testes, nō admitteret. post didicita testificata: uide gl. Hęc gl.
 nō dicit uerū, q̄ exceptio siue dēat p̄bari p̄ testes, siue p̄ instra,
 pōt opponi post didicita testificata. Nec ob̄st. auth. at q̄ semel: quia
 uerū est, q̄ post didicita testificata nō admittunt testes sup̄ eisdē ar-
 4 ticularis, sed in alijs sic, quia non est ibi timor subornationis, ut dicā
 c ibi. & l. p̄ hęc. j. de temp. ap. ¶ Quāro, qd̄ si opposui exceptionē,
 & in ea succubui, an illud idē possim post in iudicio deducere, per
 modum actionis: glo. & Cyn. tangunt hic. ego dixi plenius in l. qui
 Romā. §. duo fratres. ff. de uerb. obl.

ADDITIONES.

- a Ale. ¶ Rescinditur. An sententia possit rescindi, uide in l. quod iussit. ff. de re iu. in prin. & in l. elegant. §. si post. de condi. indeb.
- b Ale. ¶ Secūdo op. An exceptio peremptoria possit opponi post sniam, uide bar. ibi dixi in l. si duo. §. si quis iurauerit. de iureiu. Spec. in tit. de exceptio. & repli. §. dicto. uer. post sniam. cū seq. & ad hūc pōt opponi de l. si q̄ramus. ff. de testa. & qn̄ dēt opponi exceptio peremptoria, ibi uide. & Bar. in l. p̄scriptio. de excep. Ad de Pet. de Anch. p̄. 6. ubi de exceptione inuentarii. & Pau. de Cast. consi. 162. ¶ Et quā exceptio impediatur executionē iudicati. uide j. in l. fal. C. com. uel epif. q̄ autē possint instra p̄duci post didicita testificata: non Sal. in Auth. at qui semel. §. de p̄b. ubi Bal. & Alber. Sal. In l. per hanc. C. de temp. appel.
- c Ale. ¶ Opposui exceptionem. Vide bar. in simili, per istum tex. in l. properādū. in prin. §. de iudic. & adde bar. in l. officium. de rei uendi.

LEX III.

Impetrata. † No. qd̄ p̄ rescripta non p̄nt rescindi sniā la-
 te, si se habetis in l. cās. §. de transac. Et per hoc
 uico, qd̄ est notandū, qd̄ q̄ sunt statuta in ciuitate, & postea addit
 in si. qd̄ habet locū in p̄teritis, p̄sentib. & futuris, illud non extendit
 ad ea, quā per sententiam sunt determinata, per hanc l. & per simi-
 les. Pone dixi in l. omnes populi. ff. de iust. & iur.

ADDITIONES.

- a Paris. ¶ Impetrata. An aut si lata snia, q̄ trāsuit in rē iudicatā perat̄ remissio, & princeps p̄cedat, sine tñ clausula nō ob̄stante, ualeat remissio, qd̄ in supplica-
 tione sit significatum principi eam trāsuisse in rem iudicatam, uide omnino q̄
 scripsi ad Bar. in l. idem Vlpianus. §. si. ff. de excusa tuto.

De fructibus, & litiu expensis. Rubrica.
 Continua, ut in glo.

LEX PRIMA.

- 1 Colonus, qui pro fundo ei locato, promisit reddere medietatem, non deducit expensas.



Hoc fructuum. No. q̄ fructus intelligunt, de-
 ductis expensis. ¶ Quid dicā?
 Aliquis locauit fundū colono, & ille p̄misit reddere
 medietatē fructuū, an colonus añ oīa deducat expēsas?
 Hic v̄ casus, q̄ sic. Cōtrariū est ueritas. Nā hoc v̄ actū, ut illā me-
 dietatē fructuū hēat p̄ opere, & labore suo, ut l. cū duob. §. si i coeū
 da. ff. p̄ soc. & tangit hic p̄ lac. de Aret. & in l. fructus. ff. de rei uēd.

ADDITIONES.

- a A. e. ¶ Colono. De colono, adde bar. & bal. in l. fructus. ff. sol. ma. & Spe. idē seq̄
 tur in ti. de loc. §. postq̄. uerū. qd̄ si tibi locaui, alle. b. l. in d. l. fructus. in si. & adde
 Bal. in l. si adeunda. in repor. antiquis. & in l. si a domino. §. si. de pet. hęc. & Cyn.
 in l. i. §. p̄ so. in si. & quod ibi Bal. in iij. q. & Inn. in c. tua nos. de deci.

LEX II.

- 1 Possessor, post litem contestatam tenetur ad fructus.
- 2 Heres uniuersalis, succedit in mala fide defuncti.
- 3 Lite contestata, si perempta est prima instantia, & initietur de nouo iudicio, possessor habetur tanquam in mala fide et in nouo iudicio, & nu. 4.
- 5 Per litem contestationem, an quis efficiatur mala fidei, quod ad omnia.

Litigator. Hęc est no. l. b̄ dicit, † Post litē p̄tel. possessor te-
 net de fructib. perceptis, & percipiendis. Idem
 in h̄de eius. h. d. No. ex hac. l. qd̄ dixi tibi in summario. ¶ Scđo no.
 2 † qd̄ h̄s v̄is succedit in malā fidē defuncti. hēs in l. cū h̄s. de diuer.
 & tēp. p̄scr. & no. §. de p̄scr. long. tēp. l. j. Opp. de l. fruct. ff. de rei
 uē. Sol. ibi loquit̄ in eo, q̄ semp fuit malæ fidei, hic in eo, q̄ ab initio
 fuit bonæ fidei, vñ post p̄testationē. efficiat malæ fidei. Scđo opponit̄
 d̄ hic. tenet de fructib. quos ipse p̄cipere potuisset. Cōtra, imo de
 fructib. quos p̄cipere potuisset actor, ut l. si nauis. de rei uēdic. hu-

a ius timore gl. exponit. hic p̄cipere potuisset. actor, † ut cōcordet
 cū p̄rio: put hēs in litera. potuisses, p̄cedit hęc gl. Sed si habes i tex.
 potuisset, de necessitate intelligit de reo. ncc gl. posset. p̄cedere. quid
 dicemus? B̄ possumus dicere, qd̄ qn̄q; aliquis est malæ fidei posses-
 sor uerē, & tūc loquit̄ l. si nauis. Qn̄q; est possessor malæ fidei fictē
 p̄lit. p̄tel. tunc loquit̄ hęc lex, qd̄ satis placet. Facit ad p̄dicta. l. do-
 mū. §. de rei uen. Mihi ut q̄ debeat inspici, qd̄ potuisset p̄cipere re?
 sed ibi dicā. Itē op. de l. in fideic. in prin. de usur. Sol. dicit gl. fateor:
 quod intra quadrimestre tps nō tenet de fructib. & sic p̄cordat cū
 p̄rio. uide gl. Hoc qd̄ dicit de quadrimestri tpe, nō hēt locū i actio-
 ne reali, de qua loquit̄ ista lex. tunc n. hēt tps, officio iudicis, ut inst.
 de offi. iud. in prin. no. j. ti. ij. l. si. Et iō illud, qd̄ glo. dicit excepto tpe
 quadrimestri, intelligas excepto eo tpe, quod ei dat̄ offiō iudicis,
 post sniam. Ita debetis hoc intelligere. Opp. q̄ p̄testationē nō effi-
 cit malæ fidei. ut l. si post acceptū. ff. de rei uen. Sol. q̄ tū ad fructus
 restituēdos, efficiat malæ fidei, ut hic, quantū ad usuras, & alia, nō effi-
 b citur malæ fidei sine distinctione, quā dicā uobis in cōtinēti, una
 3 q̄one p̄missa. ¶ Quāro igit̄ prius, & hic aduerte multū, p̄tē p̄testa-
 perēpta est instātia prima, post demū de nouo iudicat̄ sup̄ eadē re,
 utrū hēat tanq̄ malæ fidei possessor i nouo iudicio? Gl. dicit, q̄ nō.
 & uide gl. ualde no. & sing. & est prima. B̄ p̄tē gl. facit. ff. iu. sol. l.
 cū lite mortua. In p̄rio facit l. fiscus. in q. ff. de iur. fis. fm̄ aliā non fa-
 cit. Itē i istā gl. facit quod alibi determinat, q̄ perēpta instātia, ad-
 c huc durat uitiū litigiosi inductū p̄testationē. Idē no. gl. in l. pro-
 d perandū. de iud. §. si quidē. in gl. super uerū iudici. Idē tenet Inn. ex.
 4 de test. c. cām q; & istā partē ego puto uerā. † Pro huius declōne de-
 c betis scire, quod p̄testationis qd̄ sunt effectus iā p̄sumati & perfe-
 cti. Quidā sunt consumandi in futurū. Effectus perfecti qd̄ sunt,
 qui respiciunt ipsam cām, qd̄ respiciunt instātia. Cām respiciūt,
 f puta q̄ efficiat malæ fidei, & sic tenet de fructib. q̄ res sit litigiosa,
 quod p̄scriptio sit interrupta: & tunc ēt perēpta instātia, durat ef-
 fectus iā p̄summatos, per iura. §. alleg. & §. de p̄scr. xxx. ann. l. cū no-
 tissimi. p̄ totā legē, maxime in §. sed & si qs. & in l. si. co. titu. Nam
 in alia cā, uel iter alias p̄sonas illa p̄testatio suū effectū nō p̄duceret,
 ut d. l. cū notissimi. §. sed & si qs. & est casus i d. l. fiscus in q. de iu. fis.
 & fm̄ uerā lec. quā ibi tenui. qd̄ pbat rōne, q̄ sicut snia diffinitiuā
 non hēt effectū, si agat ex alia cā, uel inter alias p̄sonas, & ita p̄testa-
 tio facta ex una cā, uel ex una p̄sona, ut l. cū q̄rit. ff. de exe. rei iu. Qui
 dā sunt effectus, q̄ respiciunt instātia, ut nō petant cautiones post
 p̄test. q̄ non p̄cedat dilatio, cū si. ut l. Pōponius. §. rati. ff. de p̄cu. &
 de p̄b. l. exceptio. Et istū effectus quāq̄ p̄sumati, iā extinguunt perē-
 pta instātia, ut l. hos accusare. §. hoc bñficio. ff. de accu. Nec ob̄. §. de
 p̄cu. l. ita demū: q̄ ibi non fuit perēpta instātia, sed fuit iudicatū, &
 appellatū. ut ibi paret. Quidā sunt effectus p̄sumati in futurū: ut qd̄
 ex uigore p̄testationis perueniat ad diffinitiuā. Isti effectus perimū-
 5 tur, perēpta instātia. ut l. cū lite. ff. iud. sol. ¶ Quāro utrū p̄ p̄testa-
 6 tionē, qs̄ efficiat malæ fidei, quo ad oīa? Distingue, aut q̄ris quo ad
 fructus, aut quo ad piculū interitus, aut quo ad usucapionē, uel p̄-
 scriptionē. Primo casu, aut quo ad fructus faciēdos suos, & nōn v̄
 malæ fidei, q̄ eodē mō facit suos post lit. p̄tel. sicut prius, ut l. q̄ scit.
 §. j. & si. de vsu. & de acq. rer. do. l. q̄ sitū. Aut quo ad hoc, an teneat
 ad restōnē fructuū. & c. mō tenet post lit. p̄tel. ac si fuisset ab initio ma-
 læ fidei, ut hic, cū si. habita in p̄cipiēdis illa distinctione, an potuerit
 p̄cipere reus, uel actor, ut §. dixi. Secūdo casu, de piculo interitū, dic
 aut habuit iustā cām litigadi, vñ nō, dic, ut l. illud. de peti. hęc. & de
 rei uen. l. itē si uerberatū. §. si. cū l. seq. ubi no. Tertio casu, de vsu-
 capione, & p̄scriptione, dic q̄ p̄scriptionē lōgi tēporis interrūpit,
 ut l. more. §. de rei uen. usucapionē uero triennii interrūpit, quo
 ad effectum, non ipso iure, ut l. si post acceptum. de rei uendi.

ADDITIONES.

- a Alex. ¶ Scilicet actor. In hac materia, uide Bart. in repet. lex diuerso. de rei uē:
 & Bar. in Lapud Iul. §. fructus. de leg. 1.
- b Alex. ¶ Non efficitur. limita, & intellige, ut per Bar. in l. cū mota. j. de transac.
- c Paris. ¶ Instantia, adhuc durat. Vide Aret. in l. 2. ff. de duo. reis. l. af. in l. 2. §. de
 eden. declara. ut per Alex. in d. l. 2. & per Bar. in l. si. j. de litig.
- d Alex. ¶ Vitium litigiosi. Intellige tamen, ut no. per gl. & Bar. in l. 1. ff. de p̄scr.
 longi temporis.
- e Alex. ¶ Quidam sunt. Vide bar. in l. 2. & ibi no. §. de eden. & limita hęc dicta, ut
 per bar. in l. cum mota. §. de transa.
- f Paris. ¶ Efficiatur malæ fidei. sequitur Aret. in consi. 109.
- g Alex. ¶ Quāro utrū. Et uide gl. in d. l. qui scit. §. si. ff. de usur. per Bar. in l. lex di-
 uerso, ff. de rei uen. ubi quo ad fructus.

LEX III.

- 1 Reservatio expensarum fit in snia, si index condemnet in expensis, licet non taxet quantitatem.
- 2 Vel si pronunciat posse peti expensas in futurum, & nu. 3.
- 4 Index si de aliquo casu non cognouit, potest de illo non pronuntiare, & nu. 6.
- 5 Post sniam interlocutoriā, quā totā litē dirimit, nō durat petitio expensarū.
- 6 Index si dicat, condemnatus in expensis, reservata nobis taxatione, poterit eius successor taxare.
- 7 Si talis declaratio reservatur iudici, ut priuat a persona, non poterit eius suc-
 cesor taxare, & nu. 6.

Bar. Ad septimum lib. Codicis.

8 *Delegatus, qui potest exequi sententiam, potest in sententia sibi reservare taxationem expensarum.*

9 *Et mortuo legato, poterit delegans taxare.*

Terminato. Post diffinitivam sententiam, non est de expensis tractandum, nisi iudex hoc in sententia reservaverit,

h. d. Primo ponit dictum. Secundo exceptio. Tertio rationem. partes patent in lra. No. qd dixi in sumario. op. j. q. puo. no est necesse. l. si. di. cit gl. dico. qd no pt peti p actione. ut hic, sed offd iudicis sic, ut in 3rio. Ista est falsa p. l. iij. s. de positi, ga officiu iudicis, no durat post sniam. Vel dic qd ibi negotiu no, erat finitu, ga erat appellatu, & est hac vera. Op. de l. Paulus. ff. de re iud. Sol. hac intelligit fm illa, ga pot pnuicare eo, die de sumptib. ut ibi: non pt, ut hic. Op. de l. qd i. die. s. li. rone. ff. de ppe. R. h. deo. pt oriri p sniam noua lis, q attinet primaz, ut in 3rio: hic uero phibet oriri ex na prima litis. Venio ad qones b. q. r. o. qualr fiat ista reservatio. gl. ponit duos modos. Pri-

2 mus modus est, qd dēnet in expēsis, licet nō taxet qritatē. Scdo qd pnuiciet posse peti expēsas i futurū. Primus, qd dēnet in expēsis, licet qritatē nō taxet, est indubitabilis. Nā cū expēsas certē in iudicio nō sunt petite, pōt ferri snia incerta in expēsis, ut s. de sent. q. sine cert. q. tit. l. ij. & licet iudex nō reservauerit sibi taxationē, postea pōt taxare, ut ibi dixi. cōis tñ practica est. qd referuet sibi taxationē. † Se-

3 cundus modus est, qn nō dēnat, sed referuat petitionē expēsarū. Iste est dubitabilis: p gl. ista facit l. modestinus. quā alle. Facit et lidē

d labeo. s. j. fa. er. & qd ibi no. in gl. parua. † In 3riu facit, ga iudicis officiu post sniam extinguit, ut l. iij. s. de po. ergo nō pt sibi reservare petōnē, cū nulla superfit actio. Præterea, iudex nō pt sniare pro par-

te, & p parte nō, ut in l. in hoc iudicio. fa. er. Sed hic, p parte, snia sup sumptib. nō diffinit negotiu: ergo & c. Ista opi. tenet d. Cy. & In nō. in c. sine lib. ex. de dolo & p. Dēt ergo fm eū in expēsis cōdēnare, & seruire sibi taxationē. Sed si referuet sibi petitionē, uel cōdēnationē, hoc nō ualet fm eū. Ego puto, qd glo. dicat ueritatē.

Primo p tex. huius l. ubi est casus ibi, nisi iudex. Præterea hoc esse uerū apparebit in rōdendo ad 3ria. Mō nō ob. qd dī iudicis officiu nō durat lata snia, ga illud qd erat in officio, post iudicis pnuiciatio nē, incipit posse peti iure actionis. Tex. est in l. si finita. s. eleg. inter. de dā. inf. & hic est casus in hac l. † Nō ob. qd iudex p parte pnuiciat,

4 & p parte nō, ga illud est uerū, qn iudex cognouit de oib. dēt pnuiciare de oib. sed si de aliquo casu nō cognouit, pt de illo nō pronuntiare, ut l. licet. s. de i. ita hic planē nō cognouit de expēsis. Fateor qd prima practica est cōior & seruetis eā. Quero extra gl. utrū post sniam interlocutoriā duret petitiō expēnarū. Rōde, si post illā sperat diffinitiuā, & sic durat officiu iudicis, sup illa re, vel cā, semp poterit de expēsis pronuntiare, & nō est dubiu. Sed si esset talis interlocutoria, qd dirimeret totā litē, esset idē qd i diffinitiuā, ut l. post sniam. s. de sent. & inter l. de hoc uide p Inn. in c. sepe. extra. de ap.

5 Quero quid si iudex dicat dēnamus in expēsis reservata nobis taxatione. Quero an poterit taxare successor eius. Dico qd sic arg. ff. de iud. l. pponerat. Sed qd hoc facit. ff. de rei uen. l. idē pōpo. scribit frāmētū in si. ubi dicit, qd declaratio uoluntaria nō trāsit ad hīdē, ut l. inter stipulantē. s. si Stichū. & quod ibi no. de uer. ob. Sol. Hac declaratio reservat iudici, nō ut priuatē psonz, iō reservat h. l. ga idē iudex, & eadē dignitas, ut l. proponerat. † Ibi uerō nō ut iudici, sed ut priuatē psonz. Nec distingue. utrū reservauerit expōso pprio noīe, uel nō expresso, uel utrū pcedat ppriū nomē, uel sequat, ga l. si cōis seruus. de stip. ser. loquit, qn dīpō pcedit sup aliqua re, super qua pōt hēri respect' ad psonā, & ad officiu. Sed si nō pt hēri respectus nisi ad officiu tñ, tunc illa distinctio nō hēt locū, ut l. cū post. s. j. de admī. tut. † Quero, iudex delegatus reservauit sibi taxationē: utrū possit referuare. Itē an qo mortuo, possit taxare delegans.

6 Ad primū dico, qd qdā est delegatus, qd pt exeq sniam, & ille pt sibi reservare taxationē, cū hoc ueniat in executiōe, ut dixi s. in l. ij. de sent. q. sine cer. q. ti. Sed si ei nō ppetit executio, nō ualet reservatio, & sic illa uerba debēt intelligi reservata sibi taxatione. hoc est iurif dōni suz. Sua. n. iurisdō est una, & eadē cū iurisdōne delegātis, ut l. j. s. qui mādātā. ff. de offi. eius cui man. est iurif. & iō delegās poterit taxare postea. Sed si delegatus taxaret, illa taxatio nihil ualeret, cū taxatio expensarū ppetat ei, ad quē ppetit executio, de iure cōi. Qn aut delegatus possit exequi, & qn non, no. in l. ad iuo pio. in prin. in gl. mag. it. de re iud. † Circa illud, an eo mortuo delegans possit taxare? Ista qōnē disputauit d. Ia. de Bur. tñ ex p dicitis credo, qd hēt modicū dubiū. Nā eadē est iurisdō delegantis & delegati, ut s. dixi, & no. in l. ubi cepit. ff. de iud. Facit s. de iud. auth. ad hac. Præterea, ut dixi, posito qd nulla esset facta reservatio, ad eum competit.

CONTRARIETAS, ET CONCORDIA.

Pro concordia, Aduerte ius declarandi sententiam obscurā, non tranfit ad successorem in officio. Bar. & Alex. in l. inter stipulantem. s. si Stichū. ff. de uer. ob. allegat Ang. in l. ex facto. ff. de uul. & pup. Bert. in suo repertorio alle. Bar. tenere 3rium in hac l. r. minato. & in l. ab executore. ff. de app. alle. Bal. in l. si. ff. de leg. Ang. in d. s. si Stichum. ubi Io. de Imo. & R. aph. & do. Alex. pcordat opi. & And. & Imo. in d. l. ab executore. ut prima opi. procedat in interpretatione sententiarum: latz ex mera uoluntate iudicis, ut si dēnat in amputatione manus: ga

non pōt declarare successor, de qua manu sentit iudex, quo casu dēt intelligi de manu minus utili. Alia aut opi. procedit quādo declaratio est fienda in actis.

ADDITIONES.

a Alex. qd Terminato. Vide bar. in l. nā postea. in s. si damnet. ff. de iureiur. & in l. properandum. s. finat. s. de iud. & limita no. p Ang. & Imo. in l. Paulus. la. ij. ff. de re iud. Vide bar. in l. j. s. si quis ius dicen. non obtē. Et de quib. expēsis, ista lex intelligat. uide Bar. in l. i. s. si. prope si. de alie. iud. mu. cau. fac. post gl. uide in l. j. s. si quis ius dicen. nō obtē. & uide gl. & bar. in l. properandū. s. si de iud. Barb. qd Terminato. uide doc. in c. j. de plus pet. ubi dixi ad limitationē huius l. si statutum dixit, qd uictus cōdēnet uictori in expēsis, qd poterit peti condēnatio expensarū post latā sniam sup principali cōdēnatione statuti, uide Bar. in l. 3. s. si rē. de leg. 3. Ang. in auth. de exhib. reis. in prin. & uide Abb. in c. j. de seq. p eo quod h. d. Bart.

b Alex. qd Venio ad qōnes. Adde, qd licet expensz, qd debent rōe uictoriaz, nō pnt peti, nisi lite finita, ut hic, ga debent iudicis offiō: secus tñ, in his, qd debent rōne contumaciæ, quia illz petunt actione in factū. Ita tenent doc. p ea, qd hnt in l. r. ff. si quis ius dicen. Facit quod no. in l. 3. s. si rem. de leg. 3. ubi idē in expēsis con uentionalib. & statutarijs.

c Alex. qd Practica est. Et de referuatiōe taxationis expensarū, uide bar. i. Lab. ex cutore. in pri. de app. & p Ant. i. c. j. de seq. pos. & fruc. & uide bal. hic i. pri. & idē, qd in primo mō, expse tenet Inn. in c. si. de do. & cōt. & Bal. in addi. Spec. in tit. de sent. & Ang. in l. si hō. ff. de re iud. & qd dixi post. Im. i. l. Paulus. la. j. ff. de re iud. d. Alex. qd In gl. parua. Quz uoluit tenere si iudex in snia dicat, pronūtio sic, saluo eo qd. j. dicā. Itē dicit Spe. & Io. And. in tit. de sent. s. species. uerū. quid si iudex pcepit, qd tenet snia, condēno te in centū, nisi intra decē dies pbaueris te soluisse, licet tutius sit expectare, per c. suborta. de iu. p hoc quod no. dixit Bar. in l. qd tñ. s. idē si arbiter, & qd dixi post. Bar. in Lille a quo. s. si de testō. ad Treb. & in l. ait p. r. s. si iudex. ff. de re iud. Et ad p dicitā q. Spec. & Io. And. facit qd no. gl. & ibi bar. in l. obligationū ferē. s. condi. ff. de act. & obl. Idē ad no. p Bar. in l. iudex postq. ppe. si. de re iud. & qd no. in s. curare. Inst. de act. in fi. & quid in referuatiōe pōenz, uide quod no. in auth. interdicimus. p bal. ad si. s. de epis. & cler. & hic p eū, quid in referuatiōe fructuum? Adde an ualeat snia lata sub condōne. Paul. de Ca. conf. 15. bal. conf. 375. lib. 3. Abb. 83. lib. j.

d Alex. qd Sententia pro parte. Ego puto qd gl. p. tenet ipsemet bar. in l. Paulus la. j. ff. de re iud. & bal. in auth. generaliter & hic in prin. in fructib. limitat tñ nisi nō liqueret. adde Imo. in c. si. de do. & p. Et uide bal. in l. 3. s. de sen. q. sine cert. q. r. & hic adde an iudex possit addere, uel mutare sniam, respectu expensarum. Ro. conf. 361. & Pe. de Anc. 182. Et an iudex possit sibi aliquā referuatiōne fa cere, uide Pau. de Ca. conf. 370. & an possit sibi reservare declarationem, seu in terpretationem suz sententiarum, uide eum. in conf. 318.

e Alex. qd Duret petitiō. adde bar. in l. sancimus. s. de iud. Et no. qd licet iudex iterlocutoria nō dēnet, tñ sp pōt an diffinitiuā sniam, & uide, Bar. in alia q. in l. si. in prin. ff. de pig. act. & ad hoc, qd no. Abb. in c. ex parte. in fi. extra. de rescrip. & bal. in l. i. in fi. ff. si quis ius di. non ob. bñ facit qd no. uoluit Cy. in l. pperandū. circa si. s. de iud. & cū bar. hic post Inn. cōcor. spe. de exce. s. uiso. uer. aliud quoq; & p Arch. q. i. certū, & latius p doc. in l. eū que temere. de iud. Et cū Inn. tran sit bal. in l. pperandū. s. finat. alterutra. s. de iud. & ibi uide no. an in expēsis in terlocutoriz, habeatur rō, nunquid habeat iustam cām uel nō, & de expēsis in terlocutoriz, & de condēnatione, uide bar. & bal. in l. sancimus. s. de iud.

f Barb. qd Quero quid. Istud dictum est p Host. & Io. And. in c. nouit. de offi. le. & Abb. ibi allegauit hoc contra eos.

g Alex. qd Ideo referuatur. Vide bar. in d. l. ab executore. & Ang. & Imo. in l. inter stipulantem. s. i. de uerb. obl.

h Alex. qd Taxatio expensarū. An aut arbitri, possint reservare sibi taxationem expensarum, uide gl. in l. quia arbiter. ff. de arb.

LEX III.

1 Proponens aliquam exceptionē, uel replicationē dilatoriā, ut differatur iudiciū, debet condēnari in expēsis, & damnis, quz probantur iudici.

3 In his uerō, quz non probantur iudici, ut in expēsis factis in hospitio, uel ad uocatis, seu notarijs, iudex ex officio suo condēnat, considerata quantitate postulatorum, & temporis prolixitate, & nu. 2.

4 In causa criminali, uictus uictori condēnatur in expēsis.

5 Succumbens in interlocutoria condēnatur uictori in expēsis.

6 Actor contumax, quando condēnatur in expēsis, qn debeat citari ad audiendum sententiam expensarum.

a Non ignoret. Breuiter dicit qd actorē nō prosequente, uel differentem, uel perdentē, pferatur snia calūniarū dānorū, & expēsarū. h. d. No. qd habuistis in summa-rio: quz dā alia notabilia colligā prosequendo. Opp. s. de dila. auth. quod fieri. Sol. Ista dēt intelligi fm illā. Opp. & vrō quod ille, qui nō probat, cō ipso uideatur calumniari. ut l. i. s. i. ad Turp. So. Hoc debet intelligi, prout ibi no. Pro declaratione tex. quero, quid uult di cere hic, considerata quantitate postulatorum, uel medio tēporis

2 interuallo. † Respondeo, nam quzdam sunt expensz, quzdam sunt

ADDITIONES.

a Ale. qd Non ignoret. Vide Cy. in l. i. s. post prin. ut quz defunt aduo. Paris. qd Non ignoret. Contra actorē non prosequente adhibita instātia pui det et statutu, hēs in 18. statuto ubi et disponit, qd cōdēnat in dānis, interestē & expēsis reo fatigato, & qd de iure cōi debere produceret aliquod instrumentū, uel aliquas exceptiones teneatur in expēsis, uide Ias in l. properandum. s. finat. tem alterutra. uer. quz. o. s. de iud. loquentem de productione instrumenti, de qua loquit et bal. in c. excep. in prin. de excep. de non opponente exceptionem, loquitur tex. in d. excep. & ibi Abb. & alii uide, quz dicit Fel. ibi in prin. de clerico dif ferente opponere uide excep. clericatus.

b Ale. qd Er ut. Er uide Bar. in l. edita. s. de acti. & uide Bart. in l. properandum. s. & si quidem. s. de iudi.

3 sunt dāna, q̄ pbant iudici, & in illis sine dubio iudex p̄denat. ¶ Quz
 a dā sunt q̄ nō pbant iudici, vt de qualibet minima expēsa, quā facie
 bat in hospilio ille, q̄ litigabat, nō poterat docere. Itē de qualibet pe
 cunia, quā dat aduocatis, uel notarijs, tñ iudex ex officio suo p̄side
 rata q̄titate postulatorū, poterit p̄siderare q̄titate, quātū potuit ex
 b p̄dere i aduocatis. Ita p̄siderata p̄lixitate p̄tis, poterit p̄siderare
 quātū potuerit expēdere i expēsis, & tūc tūc p̄denabit. Et uide tex.
 g dicit, & tene mēri, q̄a notabilis casus est multū, & p̄petuo nō. Cū
 4 dñs lac. But. disputauit unā q̄, tūtrū in cā criminali uictus uictori
 c p̄denet in expēsis, determinauit qd nō. Inter alia inducēbat hāc. l.
 p̄ casu, ubi in crīali p̄denat q̄s de calūnia, nō aut p̄denat q̄s ad expē
 sas, & uide tex. q̄ dicit. Ego istā suā determinationē nō teneo, ut
 plenē dixi ad Turp. l. j. s. j. Et est casus i p̄ris j. l. pxi. fm unā lec. Nō
 ob hāc lex, q̄a licet dicat p̄denari de calūnia nō tñ denegat p̄dena
 5 tionē expēsarū. ¶ Quero qñ aliq̄s in interlocutoria succūbit, utrū
 d debeat p̄denari in expēsis. Vt qd nō, q̄a uictus uictori p̄denat i ex
 e pēsis, ut l. p̄perādū. s. si qd. de iud. q̄ loq̄t de ultima uictoria, quz fit
 post diffinitiuā sniam. Cōtrariū dico, casus est hic, qd si aliquis est
 p̄ns, & opponat unā exceptionē, p̄ quā lis differat, si illa exceptio
 ne succūbit, cōdenat in expēsis. Casus est hic. Vt qro. qñ actor cō
 6 sumax cōdenat in expēsis utrū p̄deat citari ad audiendā sniam ex
 f p̄sarū. Ego tetigi de hoc i si. i. auth. q̄ semel. q̄o. & qñ iudex. Doc
 bñ tñ sic. Aut prima citatio, in qua q̄s p̄tuit in cōtumacia, ema
 nauit simplr, ut ueniat ad defendendū, & tūc dēt iterū citari, q̄a illa
 prima citatio nō habuit suū effectū, nisi ad illud, ad qd fuit citatus,
 ut Laut. q̄ ait. ff. qd̄ tñ aut cā. Sed si in citatione fuit dictū, aliās p̄ce
 derēt ad ulteriora, tūc nō est necesse q̄ citet postq̄ est admonitus.
 tex. est in l. consentaneum. fm illū modū eligendi, quem tibi di
 xā q̄o. & qñ iudex. De hoc p̄ Inn. in c. finem lib. de do. & cōtu.
 & hoc etiam Spec. tenet in tractatu de expēsis.

ADDITIONES.

- a Alex. ¶ Probanur iudici. Adde q̄ nō. bar. post gl. in l. j. s. si. circa si. ff. q̄s ius di
 cō. & clarus in l. j. de alieiu. m. cau. fact. & l. leu. q̄t̄ remere. ff. de iud. & ad hoc
 qd̄ nō. bar. l. j. in fi. s. de sent. q̄ p̄ eo qd̄ interest in l. cum ferus. de uer. ob. cū cō
 cord. & de materia expēsarū uide gl. q̄. in prin. & adde bar. in l. ab exccutore.
 in ult. uer. p̄. ff. de app.
- b Alex. ¶ Prolixitate. Per Fed. in cōf. i. s. inc. nulli dabitur, per Bar. in l. i. s. si.
 circa si. ff. si quis ius dica. non obtineat.
- c Alex. ¶ Criminali. Et uide Ang. in l. i. uacatiz. in ubi. q̄. de bo. uā. lib. x. Et scias
 q̄ cōdenatur in cōtumacia in cā criminali p̄o. tēp̄t. parti ad interesse, ex tali
 snia. l. cunctos populos. post mediū. s. de summa t̄nura. ¶ Et q̄. In crimine. l. u
 ctus Condemnet in expēsis nō. l. a. conf. i. lib. i. ubi q̄ debent oīo iudicis mer
 cenario non nobili.
- d Paris. ¶ Quzro qñ. Vide Fel. in c. ad audiendā. uer. cogit. ab. ex. de rescri. ubi p̄
 lex notabilia dicta cōprobat istā decisionē, q̄ ubi alius in aliquo articulo succū
 bit, dēt statim in expēsis cōdenari nō expēsas snia diffinitiuā, & minor si non
 allegauerit, ut p̄ Bar. hic. uide bal. in l. sancimus in 4. opp. s. de iud. & uide et quod
 dicit ibi in 7. q̄ uide Fel. in c. de libel. obl.
- e Alex. ¶ Interlocutoria. Utrū, q̄ succūbit in interlocutoria, deat p̄denari i expē
